in.c.fi.de electi.li.vj. Et hinc est etiã q cum papa cõmittit inquisitionẽ faciendã de sufficientia certe psone nomiate vl' supplicate sibi ad certã ecclesiã cathedralẽ reseruatã vacantẽ in ꝑ nõ vocat pars.imo nec audit. nisi de gratia z speciali mãdato.qz nec supplicat habet aliqõ ius ꝓpter qõ faciat partem. Nec est negociũ istud iudiciale sz ẽ potius quedã extraiudicialis executio officij ipius superioris.qõ est vez etiãsi superior procedat ad supplicatõnẽ alicui ꝰ siue ꝓprio motu vt ꝑbant iura allegata.z qz superior vtit in re suo ex officio mero.z ita nemini iniuriaz facit.l.iniuriarũ.§.j.ff.de iniur. nec est ipse medius necz iudex.qz ipe solus est iudex z pars.iuxta no. Inno.in.c.ex parte.de ꝛbo. sig. Et est sil'e in statutis.in quibꝫ nõ reqrit vocatio subditoz.licet eis bñ preiudicet.z sit cũ bona informatiõe ad ea ꝓcedendũ.l. humanũ.C.de legibꝫ.z q nõ teneat ꝑbationes admittere nec se opponentez audire vt partẽ. Et ꝑ melius colligit ex no. Inno.in glo.mag.in.c.venerabili. de censi.et in.c.ex parte.alle.de ꝛbo.sig.ij.p ibi no. nõ expedit admittere quẽ vt partẽ.licet bonũ sit audire ad suã ꝑpi ꝰ informatiõem extraiudicialẽ. Et ita dicit fuisse ꝓclusuz p Re.dños cardinales cõmissarios in facto canonizatõnis dñi Karoli.videlicet p dñm Albaneñ.z floren.z sancti angeli.tũc cõmissarios qbꝫ assensit.d.scti Eustachij.dicens q alij domini cardinales in ꝓsistorio in ꝑ etiã ꝓcordarunt. Et fm ꝑmissa debẽt interꝑtari q dixit Aug ꝰ.de anco.in li.de eccle.ptãte.q.xvj. arti.j.vbi qrit an papa in canonizatiõe debeat seruare ordinẽ iudiciariũ. Reperio tamen d. Calixtũ.iij.in canonizatiõe scti Osmundi de anglia.p dños cardinales deputatos ad faciendam inquisitionẽ monuisse omnes z singulos q in his interesse aliqõ habere ꝓtenderẽt.vt ad diẽ certã tũc exꝑssam legitime cõparerẽt.put etiã p eꝑos cõmissarios in hac causa factũ fuisse ex actis ꝓstat ad abundãtiorez cautelã.ne nihil quod ad cautelã ptineat videret omissum.lxiij.dist. q̃nto. Et qz abundans cautela non nocet. l.testamentũ.C.de testamẽ.l.si pupilli.§.j.ff. de neg.gest. Subdit tñ idem dñs Egidi ꝰ in duabꝫ decisi.imediate sequẽ.q licz expediat audire se opponẽtes canonizatiõi.non tñ debẽt admitti vt partẽ faciẽtes. sed solũ ad informandũ extra iudiciuz ex officio.si tamen apparet q excipiẽs nõ excipit bono zelo quẽ habeat ad eccl'iam z ad fidẽ.sz potius ex odio qõ habuit aduersus mortuũ. vel ex inimicicia quã hz aduersus illos de genere mortui de cui ꝰ canonizatiõe agitur ille nõ est aliq̃liter audiẽdus.sed pot ꝰ totaliter repellẽdus.c.J.z.A.de re iudi.c.ex insinuatiõe.de appel.c.repellant.z.c.cũ oporteat.de accu.cũ.c.se.et p pl'a alia de qbꝫ p eũ in dict decisi.l qbꝫ rñdet ad oĩa ꝓria. mltuz mgr̃alit. Et etiã mgr̃alit refert idem bellemere in lectura in d.c.venerabili. de test.fuisse obtentũ in ꝓsilijs multoꝝ. Exꝑmissis itaqꝫ ꝓcludo ad dei optimi maximi gloriã z laudẽ p.V.B.ꝓcedi posse atqꝫ debere ad canonisatõem beati pr̃is Bonauẽture pfati.vt sic amplꝰ de ꝰ gl'iosus in sctis suis etiã in ipo glorificet.c.gl'iosus.de rel'.z veñ. san.li.vj.pamplius q etiã in ipo iugiter laudetur.cle.si dñm.eo.ti.z pñs.cl.etiã sub duplici festo festũ illi ꝰ celebrari mãdando.ad instar alioꝝ doctoꝝ q̃rtuoꝝ.de quibus in d.c. gl'iosus.aut saltẽ disponẽdo vt festũ illi ꝰ ferietur.iuxta.c.pnunciandũ.de ꝓse.di.iij.et c.fi.de ferijs.z.l.omẽs.C.e.ti. z vt vigilia ei ꝰ ieiunetur cũ pmio indulgentiaꝝ.iuxta.c.j. de obser.ie.z put fecit Bonifaci ꝰ.ix.in trãslationis beate Brigide festiuitate.vt patet in bulla canonizatiõis eius.z Nicolaus.v. in canonizatõe sancti Bernardini.z Pius ij.in canonizatiõe scte Katherine de senis z Calixtus.iij.in canonizatõe scti Osmũdi etiã p octauã. Fateoꝝ tñ fm Hiero.vnam esse vitã sctoꝝ.sed pmia p laboꝛe diuersa.et periculosum esse de sctoꝝ meritis disputare.vt habet in d.c.gl'iosus.in nouella. Jtez vt ꝓpter ea cultus diuinus augmentet.c.ex parte.de ꝓstitu.et bonoꝛ ecc'ie augeat.c.vasa.de consecra.dist.j.et alij ad religionem z studia theologie ꝓterea inuitent.c.sup specula.ne cleri.vel mona. Jtem ꝓpter ipius beati gloriã. Ult eĩ deus vt sanctos inuocemus.vt dum per eoꝝ suffragia quod petimus impetramus.ipos magnificem ꝰ. et glorificando collaudemus.et vt peroꝛes q̃si nõ audentes ipm in ꝓpria ꝓsona adire. amicoꝝ possint patrocinia implorare.qui vota supplicãtiũ scire possunt.qz in illo eterno diuinitatis speculo intelligit quantum vel illis pertinet ad gaudiũ vel nob ad auxiliũ.et ꝓpter inopiã quã habemus in merendo.vt vbi nostra non suppetunt merita

patrocinenť aliena. z vt q̄ nō possum⁹ sum/
mam lucē aspicere in se ꝓtemplādo. saltez
in sanctꝫ aspicere valeam⁹. z vt sic omīs no
stra inopia quā habem⁹ etiā in amādo sup
pleať. qz plerūqꝫ impfectus hō magꝫ sentit
se affici circa vnū sanctū q̄ꝫ circa deū. Et iō
ꝓpter has causas generales ordinauit de⁹
vt sctōs honorem⁹ z orem⁹. put plen⁹ ha/
betur ꝑ Jaco. de voragine in legēdis sctō/
rum in. c. de festo oīm sanctoꝝ. Exaudit nā
qꝫ dñs orones sctōrū. Prouerb. xv. z. iij. q.
vij. in grauib⁹. Annumereť cōputeturqꝫ in
ter filios dei cōfidenť. z inter sctōs sit sors
illi⁹ vt Exultet celū laudib⁹ z reexultet ter
ra gaudijs ꝛc. Cui⁹ doctrina fulget eccl'ia
vt sol z luna. z quem elegit dñs in charitate
nō ficta. z dedit illi gloriā sempiternā.

Deo gratias.

Et quoniā Jnno. iij. in canonisatōe san
cti Vulstani quondā epi vigornien. in An
glia fecit de eo specialē collectā z orōnez di
cendā in missa ei⁹. vt patz ex bulla dicte ca/
nonizatōis. Jdeo laudo in hmōi canonisa
tione sctī Bonauētre fieri collectā z secretā
z postcōmuniōem. vt sequiť. z illas in bulla
canonisatiōis inscribi. z reliquū officiū de
ꝓfesso. maioribꝫ doctoribꝫ fieri. put etiā mā
dauit fieri Calixt⁹. iij. in canonisatiōe san
cti Osmundi. vt in bulla canonisatiōis ei⁹
inscribitur.

Collecta. alias Oratio.

Exaudi q̄sum⁹ dñe ꝑces nr̄as z intercē/
dente beato Bonauētura ꝓfessore tuo atq̄
pontifice salutaribꝫ nos instrue disciplī/
nis z gaudijs fac perfrui sempiternis. Per
dñm nr̄m ihesum ꝛc.

Secreta.

Suscipe clemētissime deus hostiaz lau
dis quā tibi ꝓ peccatis nr̄is offerimus. Et
intercedente beato Bonauētura cōfessore
atq̄ pontifice ꝑces nr̄as benignus exaudi.
Per dñm nr̄m ihesum ꝛc.

Postcōmunio.

Memor esto sacrificij nr̄i oīnipotēs de
us. z preciby et meritis beati Bonauēture
ꝓfessoris tui atq̄ pontificis vitā nob⁹ z glo
riā tribue sempiternā. Per dñm nr̄m ie. ꝛc.

Sermo magistri Roberti de laudibus
sancti Bonauenture ordinis minoꝝ.

Q Vasi stella ma
tutina in medio nebule. et q̄si
luna plena in dieby suis lucet
z q̄si sol refulgēs. sic iste reful
sit in templo dei. Scribunť hec verba ori/
ginaliter Eccī. l. ca. ad laudē sctī Bonauen
ture ꝓposita. Preclarissima dñi z sctī Bona
uenture merita Sixtū quartū pontificem
maximū induxerūt. vt illū hoc felici tempe
catalogo sanctorū ascriberet. Res est vtiq̄
grādis et digna valde q̄ dei gl'iam pandit.
sctām eccl'iā exornat. religionem letificat
christianā. ordinēq̄ sacrū minoꝝ sublevat
z extollit. Quid em̄ pōtātius excogitari po/
test q̄ꝫ mortalē hoiem post deuictū trium/
phatūq̄ mundū ad celestia regna deduci.
ibiq̄ imortalitate ꝓpetua gaudere cū chri/
sto. Quis de btā vita. pmissaq̄ nobis felici
tate dubitare valeat ad quā amicos dei iā
ꝓperasse certissimū est. ibi christ⁹ rex gl'e. ibi
imaculata ꝟgo regina celorū. ibi ꝓphe. apl'i.
martyres. ꝓfessores z virgines. oīesq̄ ele/
cti z amici dei. ibi denicq̄ btissim⁹ Bonauē/
tura. Cū vero hodierna die sit annūerat⁹
catalogo sctōꝝ. equū est z rōnabile vt eius
sanctitas oīm ꝓp'o fiat nota. Qua de re sta
tui in p̄senti sermone laudib⁹ eius incūbe/
re. q̄ describiť in ꝟbis ꝓpositꝫ illustrasse ec/
clesiā sicut stella matutina. z sicut luna ple/
na. atq̄ vt sol fulgētissim⁹. ꝑ q̄ splēdores ex/
cellentiarū suaꝝ p̄nt denotari. Prima ex
cellentia dī vite. Scda doctrīe. Tercia re/
fulgentie. Prima excellētia sctī Bonauē
ture dicať vite. Et vita quippe mūda z ꝟtuo
sa iudicanť homīes sancti. q̄ tm̄ iudiciū q̄n/
tum ad publicā veneratiōnē spectat ad ec/
clesiā. vnde Jnno. de rel'. et vene. san. dicit.
Nō abnegam⁹ q̄n liceat porrigere p̄ces ali
cui defuncto quē quis credat bonū virū. et
nūc esse cū christo. licet nō sit canonizatus.
qz fidē orātis dñs attendit. sed facere ꝓ eo
officiū vel preces solēnes nō licet. exq̄ in ca.
ꝓmo de rel'. z vene. san. statutū est vt nullus
adoreť ꝑ sctō absq̄ auctoritate romane ec/
clesie. etiā si miracula faceret. quē em̄ eccl'ia
reprobat reprobandus est. z quē approbat
approbādus. vt ptz. xxiij. q. j. c. hec est fides
catholica. et. c. quoniā vetus. Fm autē Bof
fredum et Hostieñ. in canonisatōe sctōꝝ in
quirit de vita canonizandi si fuit in labori/
bus multis z iustis. si moribꝫ castus z strē/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nuus. vt notat di. lxx. c. miramur. licz p martyribꝫ nõ sit tã stricta fidẽda exãiatio. Quod aũt vita scti Bonauẽture fuerit mũda pura z sancta probatur triplici modo.

Primus dicit testificatiõis. Scõus professionis. Tercius assumptiõis. Prim⁹ modus quo pbat sanctitas z bonitas vite s. Bonauẽture dicit testificatiõis. Habz ei testimoniũ a viris fide dignis. Prio ab Alexandro de ales viro bono z in sacra pagina pbatissimo doctore. De isto Alexandro scribit in chronicis ordinis beati Francisci q illi⁹ opus qõ scripsit in theologia approbatũ fuit ab Alexãdro. iiij. z sexaginta mgris parisiensibꝫ. vt apparet in bulla ipius pontificis. quã puto esse parisi⁹. Dic itaqꝫ Alexãder de ales videns in Bonauẽtura moꝛũ elegantiã. corpis pulchritudinẽ. venustatẽ aspect⁹. eloquij suauitatẽ. ꝙuersationisqꝫ affabilitatẽ. dicere sepe solebat Non videt Adam in boie isto peccasse. q̃si diceret q vita ill⁹ irrepbensibilis pot⁹ angelica erat q̃s humana. Scõo bonitas vite scti Bonauẽture habz testimoniũ a domino Petro cardinali epo Hostiẽn. q̃ fuit de ordine pdicatoꝛ. Dic fmonẽ habuit in funere Bonauenture suscepto themate. Do leo sup te frater mi Jonatha. in q̃ int alia retulit. q q̃cũqꝫ Bonauẽturã videbat ip⁹ amoꝛe capiebat. eiusqꝫ pissima mõita obedienter recipiebat. pmatime greci z tartari. quibꝫ ei⁹ eloquia plurimũ pfuerũt. q̃ verba ltimo dixit. qm̃ tpe generalis ꝙcilij lugduni celebrati. vt scribit in chronicis pallegatis. Frater Hieronym⁹ de Esculo ordinis minoꝛ. q̃ fuit postea generalis. deinde cardinalis. epus Penestrinus. z tandẽ papa Nicolaus. iiij. redijt ex partibꝫ orientalibus ad q̃s missus fuerat cũ solẽnibꝫ nũcijs grecoꝛũ z tartaroꝛ. z ipo Bonauẽtura suggerente. greci tũc ad vnitatẽ ecclie redierũt z tartari baptizati sunt Tercio sanctitas vite Bonauẽture testimoniũ habz a poeta vulgari dante. q̃ in tercia comedia ita dixit Jo. son la vita di Bonauẽtura. Da bagno regio che in grãdi officij Sempre postposi la sinistra cura. Secũdus modus q̃ pbatur sanctitas Bonauẽture. dicit pfessionis. Professus q̃pe fuit regulã sanctã fratrũ minoꝛũ in q̃ semp q̃diu in ordine fuit irrepbensibiliter vixit. Hec aũt regula deuotos pfessoꝛes suos ad xpi ãgl'oꝛ atz sctoꝛ societatem pducit. Qõ oñ dicit ex triplici ei⁹ pꝛogatiua siue peminẽtia. Prima qz illa regula a spũsctõ fuit inspirata. Scõa qz sup euãgelio fuit fundata. Tercia qz supernaturali signo fuit cõfirmata. De quibꝫ oñibꝫ ita scribit in extrauagãti Nicolai in sexto libꝛo decretaliũ. Hi scz frẽs minoꝛes sunt illi⁹ sctẽ regule pfessoꝛes q̃ in euãgelico fundat eloquio. vite christi roboꝛat exemplo. z fundatoꝛ militãtis eccl'ie apl'oꝛũ eius sermonibꝫ actibusqꝫ firmatur. Hec ẽ apud deũ z patrẽ munda z imaculata religio q̃ descendens a patre luminũ p eius filium exemplariter z ꝑbaliter tradita apl'is deinde p spiritũ sctm beato Frãcisco z euz sequẽtibꝫ inspirata. tot⁹ in se cõtinet testimoniũ trinitatis. Hec est cui attestãte paulo nullus de cetero debz esse molest⁹. quam christ⁹ passiõis sue stigmatibꝫ cõfirmauit. volens institutoꝛẽ ipius passiõis sue signis notabiliter insigniri. hec ibi. Hanc igit regulam diuinit⁹ inspirat⁹ suscipe voluit domin⁹ Bonauẽtura q̃ a teneris annis beatũ Franciscũ singulari deuotiõe ẽ psecutus. Meritis quippe ill⁹ dũ tenell⁹ erat a moꝛtali infirmitate liberat⁹ extitit. Ũñ ipemet in legẽda beati Francisci ita scribit vt habet in cap'o vlti. Innumera quoqꝫ p ipsuz in diuersis partibꝫ orbis exuberare nõ cessant bñficia dei. sicut z egoipe q̃ supioza de scripsi. experiẽtia teste in meipo pbaui. Voto eñ p me languente grauissime ad beatũ patrẽ Franciscũ emisso a matre. cũ adhuc essem puerulus. ab ipis sum moꝛtis faucibꝫ erutus. et in robur vite incolumis restitutus. Qõ cũ viua memoꝛia teneã. vera nunc confessione pfiteoꝛ. ne tantũ beneficiũ reticẽs. sceleꝛ arguar vt ingrat⁹. Hec ibi. Crescens itaqꝫ domin⁹ Bonauẽtura. z de virtute in virtutẽ pficiens cũ affectiõe et reuerentia beati Francisci. anno etatis sue. xxij. sacrã eius religionẽ ingressus est. In q̃ tantũ pfecit in oñi deuotiõe z studio litterarũ q̃ septimo anno post ingressum religionis legit sentẽtias parisius z decimo anno. s. trigesimosecũdo etatis sue suscepit cathedrã magistralẽ. Tercius modus quomõ pbatur scitas dñi Bonauẽture. dicit assũptionis. Ob splendidissimã nanqꝫ virtutũ eius famam et nomen clarissimũ assumpt⁹ fuit ad triplicem dignitatem.

Generalatus. Archiepiscopat⁹. Cardi-

nalatus. Primo fuit assumptꝰ ad dignitatem generalatꝰ. Licet enī Fuus dei Frāciscus ꝓlatos suos humilibꝫ vocabul' decreuerit noiari. tñ nō parua dignitas est ꝑ esse tot fratribꝫ ꝙt sunt in religiōe minorū. tam longe lateꝙ diffusa p orbem. Fuit nāꝙ dñs Bonauētura ordinis mīoꝝ octauꝰ generalꝫ. Primꝰ fuit beatꝰ Franciscꝰ. Secūdus frater Johes dictꝰ parens. de Florentia. Tercius frater Helias de Asisio. Quartꝰ frater Albertꝰ de pisis. Quintus frater Aimo. anglicꝰ. Sextꝰ frat' Creſentius. Septimꝰ frat' Johes de parma. Octauus frat' Bonauētura. Hic in capl'o generali Rome celebrato. Alexādro papa ꝙrto pñte anno ab incarnatiōe dñi. M.cclvj. et terciodecimo post religiōis ingressum i festo purificatiōis btē ꝙginis in generalē fuit electꝰ. annis aūt decē z octo ordinez laudabiliter rexit. Fuiēs altissimo in paupte z hūilitate. ꝓfortabat suauiter tentatos. et infirmis fuiebat libent. In capl'o generali Narbone celebrato p eū regulā reformauit z exposuit. ordinē in puincias z custodias distinxit. Tempe vero sui generalatꝰ fuit facta trāslatio corpis sancti Anthonīj de Padua ad ꝓgrandē illaz eccl'iam. in ꝙ nunc est recōditū. Tricesimotercio anno pꝰ eius obitū in octaua dñice resurrectiōis. et tunc lingua eiꝰ ꝙ sub terra fuerat. repta est ita recens z rubicūda. ꝙsi eadē hora sanctus ille gl'iosus decessisset. quā beatꝰ z deuotꝰ Bonauētura in manibꝫ reuerent' accipiēs irrigatus pfluuijs lachrymaꝝ coꝝ oibꝫ hmōi ꝙbis affari cepit. O lingua bñdicta ꝙ semp bñdixisti dñm et alios bñdicere fecisti. nūc manifeste apparet ꝙnti fueris meriti apud dñm. Scō fuit assumptꝰ ad dignitatē archiepatus. nā Clemēs papa. iiij. cōtulit ei archiepatū Eboracensez pinguissimū. sz ipe de parisius vbi tuncerat ad pedes dñi pape se ꝓferēs. tā hūiliť z efficaciť tāto gradui z dignitati cessit. ꝙ dñs papa eiꝰ cessionē admisit. Et ne ꝙs miret. ꝙ Clemens archiepm illū fecerit cū in generalē fuerit electus Alexādro. iiij. pñte vt dixim⁹. Sciendū est ꝙ post Alexādrū ꝑdictū creatus fuit Urbanꝰ. iiij.. z post Urbanū Clemēs. iiij. z post clemētē Gregoriꝰ decimꝰ. Nō correcte sunt chronice ordinis ex ꝙbꝫ illa collegi

Tercio Bonauētura fuit assumptus ad dignitatē cardinalatꝰ. hec dignitas amplissima est in eccl'ia dei. Quia vt dicē glo. in ca. ministeriū. extra de off. archipsbri Cardinales dicunť qz p eos regiť vniuersal' ecclia sicut i cardie regiť hostiū. vt poniť. lxxi. dis. c. fraternitatē. Et dicit Aug. de ancona i li. de ptāte eccl'iastica. Cardinales assistūt pape sicut apl'i christo. Apl'i enī sunt nūcupati christi frēs ſm illud ps. xxj. Narrabo nomē tuū fratribꝫ meis. z ꝓncipes mūdi ſm illud ps. xliij. Cōstitues eos ꝓncipes super oēm terrā. Sed papa cū facit aliꝙs cardinales insignit eos ista duplici dignitate. dicens eis. Estote frēs mei z ꝓncipes mūdi. Ipe aūt papa gerit ꝓsonā christi. Et ꝙuis etiā epi succedāt loco apl'oꝝ. alio tñ mōꝙ cardinales. Apl'i enī duplici mō se habuerunt ad christū. Uno mō vt pñtialiter assistentes. sicut fuit añ passionē z ascensionez. Scō mō vt missi et ꝑcepto eius p orbez. Qō fuit post aduētū spūssancti. qñ dispsi p orbem diuiserūt se accipiēdo vnusq̄sꝙ puinciā vel regnū in sortē sue ꝑdicatiōis. Cardinales ꝙ repsentāt ꝓsonas apl'oꝝ vt christo assistentes. qz ipi assistunt pape ꝓsentialiter vt vicario xpi. Scō mō repñtāt ꝓsonas apl'oꝝ epi ꝙ in partē sollicitudinis vocati sunt regētes diuersas ciuitates vel puincias. vt archiepi. Et istud est satis ꝙueniens. vt sic in hierarchia celesti aliꝙ angeli sunt assistentes. alij missi frequēter ad nos. Ita in nra eccl'iastica hierarchia. decet aliquos assistere vt cardinales. alios mitti vt epos. et h̄ de lege cōmuni. qz suborta causa nō tolliť ꝙn cardinales aliqñ mitrank vt legati. z episcopi aliꝙ etiaz vocati a papa sunt ei assistentes. Accipiūt autē cardiales a papa pilleum rubeū. in signū ardentis charitatis quā debent habere. ita vt sint parati sanguinē suū fundere. z mori p bono et defensione eccl'ie z pfectu. Uñ in capl'o Fundamenta. de electiōe. libro. vj. dicunt cardinales. fratres. coadiutoꝛes. consiliarij z assistentes dñi pape. Ut igiť ad Bonauēturam redeam⁹. ipe cardinalis effectus fuit. Nā parisius exist̄s vocatus fuit a domio Gregorio decimo. qui pontifex ipm recipere cardinalatū z episcopatū Albanēsem coegit. Imposuitq̄ vt Cōcilij negocia ipe dirigeret. Sed curiosi ꝙdaz nos ipugnare nō cessant. ꝙrentes. cur bonauētura archiepatū recusauit. et tñ cardinalatum acceperit. Ad qō respondem⁹ ꝙ potuit esse ꝙ

Gregor⁹ decim⁹ pfatus eū obedientia vel
aliq̄ forti psuasiōe induxit vt cardinalatuz
suscipet. qō nō fecit Clemēs. dū ei archiepi
scopatū ꝛtulit. ꝛ vt scribit in ca. Nisi cū pri
dem. de renūciatiōe. Tūc in te verā humi
litatē custodies cū p eā locū sublimē effugi
es. ꝛ pobedientiā nō dimittes. Itaq̄ nō si
ne humilitate maria ꝛ dei timore dignitatē
cardinalat⁹ acceptauit. Nā tante fuit hūili
tatis q̄ etiā pontificat⁹ maxīmi celsitudinē
adipisci potuisset. qō noluit. Inq̄t em̄ Bar
tholome⁹ de pisis in libri ꝓformitatū. q̄ p⁹
mortē Clemētis cū p plures mēses cardi
nales in electiōe pape ꝓuenire nō possent.
tante opionis erat apud eos Bonauētura
tūc general' minister. q̄ oēs cardinales vo
ta sua in eū cōpromiserūt. vt si se vl'aliū pa
pā noiaret. illū ipi eligerēt. Ipe vero noīa
uit dñm Theobaldū archidiaconū leodo
niensem scrissimū virū. q̄ fuit Gregor⁹ de
cimus. ꝛ multꝫ coruscauit miracul'. et iacet
Aretij in eccl'ia maiori. canonizat⁹ in eccl'ia
aretina. Quare dñs Bonauētura ꝓbatus
inuent⁹ est in oīi vita sua. Et cū plurimū
laborasset. p animarū salute. tandē ex hac lu
ce decessit. ano dñi. M.cc.lxxiij. Etatꝫ ve
ro sue q̄nquagesimotercio hora matutina
diei dñice. tertiadecima die mensis Julij
Eadē vero die sepultū corp⁹ in eccl'ia fratꝝ
minorū lugduni fuit. Scōa excellentia
scti Bonauēture dr̄ doctrine. Fuit q̄dem
ipe doctor. qō nec mīmū hr̄i debet. cū dica
tur extra de hereticꝭ. c. cū ex iniūcto. Docto
rū ordo pcipuus est i eccl'ia dei. ꝛ de docto
ribꝫ scriptū est Daniel'. xij. c. Qui ad iusticiā
eruditi plurimos. q̄si stelle fulgebūt in p
petuas eternitates. Doctoribꝫ insup diui
narū scpturaꝝ aureola dāda est. vt docto
res in q̄rto ponunt. ꝛ Albert⁹ in cōpendio
theologie. Doctrīa g̃ dñi Bonauēture ma
gnū lumē diffudit in eccl'ia dei ꝓpter tripli
cē ill⁹ ꝓditionē. Primo quia fuit copiosa.
Scōo q̄a deuota. Tercio q̄ fructuosa.

Prima ꝓditio doctrine scti Bonauētu
re fuit copiosa. Multa q̄dez scripsit laude
digna ꝛ legentibꝫ grata. Nā scripsit libellus
apologie ꝓtra Giraldū de abbatis villa. q̄
multa falsa de religiosis ꝛ religionis statu
disserebat. q̄ Giral⁹ tandē leprosus mor
tuus est. Scripsit libellus de sex alis sera
phin. ꝛ sup Genesim. opus qō intitulat⁹ de
septē visionibꝫ. ꝛ defensoriuz religiōis. ꝛ re
gulā nouitioꝝ. ꝛ sup q̄ttuor libros sniarū.
ꝛ breuiloquiū. ꝛ sermones dñicales p an
ni circulū. ꝛ sup q̄ttuor euangelia. precipue
sup Lucā. et de arbore vite crucifixi. ꝛ plu
ra alia opuscula edidit. inter q̄ oīa singu
laris fuit legenda beati Francisci. Hāc vi
dere voluit vir ille clarissim⁹ Leonardus
Aretinus. vt retulerūt mihi quidā patres
cōuent⁹ florentini. quā cū diligentissime le
gendo pcurrisset restituit illā fratribꝫ asse
rens q̄ in illo dicendi genere nullus esset
qui Bonauēturaz posset superare. Se
cūdo doctrina Bonauenture fuit deuota.
sapida ꝛ vere seraphica. que legētes nō solū
illuminat. sed inflāmat. Nec aliter esse pos
set cū de illo in chronicis scribat. Siqui
dem omnē veritatē quaz pcipiebat intelle
ctu. ad formā oratonis ꝛ laudationis diuine
reducens. ꝓtinuo ruminabat affectu. Nar
ratur adhuc de eo q̄ dū scribebat legendā
sancti Francisci. quadā die sanctus Tho
mas de aquino accessit ad visitandū eum.
ꝛ cū familiariter (vt solebat facere) aperu
isset hostiū celle Bonauenture. vidit eum
oratē ante crucifixū. et in extasi factū. mox
sanct⁹ Thomas dimisit eum. nec locut⁹ est
quicq̄. sed socio suo dixit. Sinam⁹ sanctuz
q̄ laborat p sancto. q̄ scribebat gesta san
cti Francisci. qō ipe sanct⁹ Thomas scie
bat. Tercio doctrina sancti Bonauētu
re fuit fructuosa. nō em̄ pfuit illis tantuz q̄
eū viderunt ꝛ audierūt docentē. sed etiam
oīibꝫ qui eī scripta legūt. vt patet p expe
rientiā. Tercia excellentia sancti Bona
uenture dicit refulgētie. Voluit q̄ppe deus
sanctū istū triplici splendore fulgere Pri
mus dicit miraculose coruscatiōis. Se
cundus solēnis canonizatiōis Tercius
mundialis veneratiōis. Primus splen
dor dicit miraculose coruscatiōis. Fecit q̄
dem de⁹ meritis eius miracula multa ex q̄
bus aliqua pcurram⁹. Fertur de ipo q̄
dum in humanis agebat. tāta ad sacramē
tum eucharistie deuotiōe mouebat. q̄ die
bus aliquibꝫ ꝓter morē eius abstinuit a ce
lebratione. Semel vero dū deuotus mis
sam audiret. ꝛ cū lachrymis passionē domi
nicam meditaret. cum sacerdos celebrans
cōicare vellet. vna particula hostie p scīpaz
ad os dñi Bonauēture aduolauit. quā ipe
reuerent' suscipiēs. intellexit timore scrupu
losū circa cōionē obite fcāz fore deponēdū.

Sermo de sancto Bonauentura.

Quedā dñā Lugdunēsis Simona vocata. cū filiū mortuū peperisset. illū ad sancti viri pedes detulit. q̄ facto signo crucis. viuentē matri dedit. Post mortē ei⁹ multa miracula facta sunt ad inuocatōem ei⁹.

Mulier quedaz de castro villano. octo diebꝫ laborauerat in partu. emisso voto ꝙ visitaret sepulchrū Bonauēture. mox libera peperit. vñ in patria pia ꝯsuetudo insoluit. vt mulieres laborātes in partu inuocent nomē Bonauēture. ⁊ sepissime a g̃uissimis pericul' liberant̄ Petr⁹ fili⁹ Johis calezolarij lugdunēsis. claudus dextera tibia. q̄ longo tpe sine baculo ambulare non poterat voto emisso ad sanctū Bonauēturā. liberatus est. Dux Aurelianēsis al's orlientz carcerat⁹ a magne Britanie rege detinebat̄. vbi quartanā cū dolore capitis incurrit. hic audito noie scti Bonauēture votū emisit si liber euadere posset visitaturū se sepulchrū ip̄i⁹ scti. Immutauit deus cor illi⁹ regis p̄dictū ducē a carceribꝫ liberatū liberꝫ abire ꝑmisit. Qui etiā a dolore ⁊ infirmitate liberatus. mox vt in gallias redijt ad sepulchrū sancti deuot⁹ perrexit.

Jaccheta vxor magistri Nicolai lepra ꝑcussa inuocato Bonauētura. ⁊ pijs votis ꝑ illā emissis mūdata est. Vxor mgr̄i Johānis Garbreti regij secretarij hydropica a medicis de sanitate desperata. accedēte viro ad sepulchrū Bonauēture sanata est.

In translatiōe corpis eius de eccl'ia veteri ad nouā lugduni corosa reliq̄ ꝑte corporis Bonauēture caput inuentū est integrū. capillaturā habēs ac labia ⁊ dentes. et lingua colorata ⁊ integra acsi esset hoīs viui. Laodomia vrbeuetana filias femias multas parturiēs viro suo Frācisco Matthei ingrata erat. tandē suasu cuiusdā magistri Francisci de aq̄ pendēte emisso voto ad Bonauēturā. inde ad paucos dies ꝯcepit filiū quē post salubrez partum vocauit Bonauēturā. ⁊ cū grandiusculus esset effectus. supueniēte peste qua filie om̄es mortue fuerūt. hic ad inuocatiōem crebrā Bonauēture pestis periculū euasit. Sunt ⁊ alia hui⁹ sancti miracula q̄ obmittim⁹ ne tedio ꝑlixitate rerum audientes afficiant̄.

Secūdus splendor d̄r solēnis canonizationis. Nō desunt plerique sublimitatē hui⁹ scti velle minuere. ex eo ꝙ Sixt⁹ pontifex maxim⁹ qui illū catalogo sctōrū ascripsit eiusdē fuit ordinis ⁊ ꝓfessionis. Illud idē obijciunt sctō Vincentio de ordīe p̄dicatorū. ꝙ scz Calixt⁹ illū canonizauit. quia eiusdē ciuitatis fuerat ⁊ patrie. At etiā Pius sanctā illā gloriosam Katherinā d̄ Senis ꝓpterea canonizatiōis decorauit honore. qm̄ ambo senenses. O temeritas malaꝝ mentiū. o incredulitas iniq̄rū hoīm. nō canonizant̄ sancti absq̄ solēnitatibꝫ ⁊ publicis ꝯditiōibꝫ req̄sitis. nō fnerūt p̄dicti sancti publicati ex aliq̄ affectiōe inordiata pontificū p̄fatorū. sed qꝛ inuēti fuerūt digni vt publice a christianis colerent̄ Ut em̄ habetur in glo. de rel'. ⁊ vene. sanc. in c. Gloriosus deus. Papa solus habet canonizare sctōs Primo qꝛ canonizatio est vna de maximis causis fidei. iō ad papā referēda. extra d̄ baptismo. c. maiores. Scd̄o qꝛ papa habz iudicare de miracul' fidei. xxiiij. q. j. c. quotiēs. Tercio qꝛ ad papam spectat declarare dubia scripturaꝝ. multo forti⁹ dubia sctitat̄. extra. q̄ filij sunt legitimi. ca. ꝑ venerabilē. Quarto ne ꝑ multoꝝ ep̄oꝝ simplicitatē cōtingat ꝓp'm decipi. Quinto ne in infinituz fieret multiplicatio sctōruz. ⁊ sic tepesceret deuotio. ⁊ vilesceret sctitas. lxxx. dist. c. ep̄i. Papa vero in canonizādis sctis multa vtitur grauitate. obseruatq̄ tot ac tātas cerimonias. vt ptz in dicta glo. ꝙ nullus eū de passione rep̄hensibil' affectiōis dep̄hendere possit. Quecūq̄ igit̄ req̄runt̄ ad canonizationē sctōꝝ. om̄ia ꝑacta sunt in canonizatione sctōꝝ q̄s nomiauim⁹. Et vt de scō bonauētura dicā. ꝑ canonizatiōe illi⁹ supplicarunt instāter pontifici Sixto. Imperator Frederic⁹. Ludouic⁹ rex Francoꝝ. Ferdinādus rex Sicilie. Matthias rex vngarie. Dux Venetiaruz. Dux Mediolani. Dux Calabrie. Alphonsus Ferdinādi p̄mogenit⁹. Dux Sabaudie. Ducissa Calabrie. Florentini. Perusini ⁊ Balneoregiani. de q̄rū ciuitate Bonauētura oriundus extitit. Ip̄a insuper religio sacra minoꝝ id postulauit fidentissime. cū ꝑ viro digno apud christi vicariū ex ip̄a religione assūptū supplicaret. Cui⁹ etiā toti⁹ religiōis ex parte h̄ assumpsit supplicādi officiū vir ille grauis integer in sacra pagina eruditissimus. ob suoꝝ moꝝ bonitatē generalis minoruz effectus. mgr̄ Frāciscus Samson. q̄ sancti Bonauēture cultor p̄cipuus. et Sixto pontifici charissim⁹ est. ac reuerendissimis

dñis cardinalib⁹ ⁊ om̄i curie dilectus. rem hāc diuinā mirabiliter sollicitauit ac ꝓcurauit. cui⁹ deus mentē bonā ⁊ voluntatem rectā ꝓspiciens exaudiuit preces ⁊ vidit lachrymas ac suspiria deprecantis. Cōmissa fuit causa. missi ad partes lugduni legati. inq̄sitiones de vita ⁊ miracul' sancti diu celebrate fuere. Tandez cōmissarij deputati vltimo sunt reuerēdissimi dñi cardinales Julian⁹ tituli scti Petri ad vincula. Stephanus cardinalis Mediolanēsis. ⁊ Frāciscus de Gonzaga. Interueniēte ad h̄ supplicatione feruēti reuerēdissimi dñi cardinalis Jobis de Arogania. q̄ a tenerꝫ annis deuot⁹ semꝑ extitit ad diuīa. Post oīa autē rite ꝑacta ꝑm patrū sanctiōes. post relationē tam secretā q̄ꝫ publicā. post ieiunia ⁊ orationes. post p̄latoꝝ omniū q̄ in vrbe reperti sunt exquisitionē votoꝝ. Sixtus spūsctō eū dirigente in octaua resurrectiōis domini sctm̄ Bonauēturaꝫ publice in eccl'ia dei a cūctꝫ fidelib⁹ statuit venerādū Anno dñi M.cccclxxxij. Tercius splēdor dicit̄ venerationis. Om̄is christiana religio de cetero sctm̄ ip̄m publice venerari debet. cui⁹ meritis poterūt fideles a multis periculis liberari. impetrareq̄ꝫ bñficia summi dei. q̄ sit semꝑ benedict⁹ ꝑ infinita secula seculoꝝ Amen.

Bulla de canonizatiōe sci Bonauenture.

Sixtus episcopus seruus seruoruꝫ dei ad ꝑpetuā rei memoriā Supna celestꝫ patria ciuitas hierusalē. cui⁹ participatio eius in idip̄m. ita oīm electoꝝ saluatiōe letat̄. vt quoꝝ prestantiora sunt merita. copiosiora etiā sumāt gaudia p̄mioruꝫ. Qd̄ in excessu mētis sue posit⁹ Jsaias ꝓpheta sensisse videtur. cū diceret. Exultaꝫ lauda habitatio sion. qꝛ magn⁹ in medio tui sanct⁹. Exultent igit̄ oīm angeloꝝ chori q̄ de vacuarū sediū habitatiōe solliciti. conant̄ de virtute in v̄tutem ad beatas illas māsiones vñ superbi ruerunt spūs humilitate ꝑducere. Exultent quoq̄ꝫ om̄es anie iustoꝝ q̄ christi vestigia sunt secuti. atq̄ꝫ om̄es tā veteris q̄ꝫ noui testamēti fideles amici dei. q̄ ꝯtempt⁹ huius secl'i vanitatib⁹. qui ꝯciuiū numerosita te ꝯgaudent. Exultet celū laudib⁹ resultet terra gaudijs. quoꝝ sanctoꝝ editio leticiaꝫ habet plurimoꝝ Unde em̄ fidei pietas exigit vt qd̄ ꝓ salute multoꝝ gerit̄. cōmunib⁹ vbiq̄ꝫ gaudijs celebret̄. Precipue vero exultet pontificū cetus beatoꝝ ⁊ sacra doctorū concio q̄ fulgent in celo tanq̄ꝫ stelle in ꝑpetuas eternitates. Quos inter dū sanct⁹ Bonauētura tanq̄ꝫ nouuꝫ sidus ex hac lachrymarū valle ad celestē q̄ sursum est Hierusalē vocante eum dño migraret emicuit. Nos aūt qui disponēte altissimo ad culmē apostolat⁹ euecti christiani gregis curā gerimus. quē ꝓ debito pastoralis officij iocūdo sanctoꝝ collegio ꝯformare vt debemus intensis desiderijs affectam⁹. eccl'ie militāti ꝓ cui⁹ edificatione ⁊ incremēto ip̄m Bonauenturā in catalogū sanctoꝝ referendū duxim⁹ haud incōgrue dicere possumus. Exulta hodie ⁊ lauda habitatio sion. id est christiana religio. in q̄ tanq̄ꝫ in monte sion ꝑ veram fidē habitat verus de⁹. qm̄ magn⁹ in medio tui sanct⁹. Quippe in medio ecclesie aperuit os ei⁹. ⁊ impleuit eū dñs spū sapientie ⁊ intellect⁹. ⁊ stola gl'ie induit eum. ⁊ coronauit ad portas paradisi. in q̄ vna cuꝫ angelis gl'ia ⁊ felicitate letat̄. Letemur itaq̄ꝫ ⁊ exultem⁹. qꝛ celestis illa curia ex nob̄ habet cui sit cura de nobis. q̄ suis nos ꝓtegat meritis. q̄s informauit exēplis. illumīauit doctrinis. ⁊ miraculis ꝯfirmauit. Quē de⁹ dedit cūctis ꝑpl'is in gl'iam ⁊ honorez. cui⁹ memoria in benedictiōe est. Ea nāq̄ꝫ de diuinis reb⁹ scripsit vt in eo spūssctūs locut⁹ videat̄. Jta pie religiose ⁊ sctē vixit vt scriptis vita ꝯgrueret et qd̄ scribebat doceret exemplo. in q̄ morū virtus ⁊ signoruꝫ claritas ita cōperta ē vt ꝯgruētib⁹ maximis meritis ac miracul' vere sanctitatꝫ testimoniuꝫ a militante eccl'ia debeat̄ eidem. Nā cū ī flore virente iuuētutis hūanis abiectis illecebris diuīo se addixisset ꝓuitio. religionē beati Francisci (que ꝑ ardua tendit) ingressus. tantū sedula lectiōe ⁊ assidua orōne ꝓfecit. vt cū sapiēte merito dicere posset. Optaui ⁊ dat⁹ est mihi sensus. Illuminat⁹ em̄ ab eo q̄ illumīat oēm sensuꝫ. q̄ lux. via. veritas est ⁊ vita. paucoꝝ ānoꝝ spacio incredibilē est sciam ꝯsecut⁹. Nec talentū sibi a domino creditū sudario alligauit aut terre īfodit. sed vt sapiētissim⁹ dispēsator in cōem vtilitatē ꝯuertit. In celebri em̄ Parisiensi

gymnasio cathedram rexit. vbi absconditas scripturaꝝ enucleans. nō solū viua voce p/fuit multꝫ. sed etiā plurima librorꝝ optimo rū. tum in sacrꝫ lr̄is. tū in maioribꝫ sciētijs monimēta reliquit. q̄ essent oi tpe posteris pfutura. Magnꝰ doctrina. nō minor humilitate ꝛ vite meritꝫ. Quem Alexāder de Ales. doctor clarissimꝰ (cui se in disciplina sctūs Bonauētura tradiderat) tante innocentie ac colūbine simplicitatꝫ exptus ē esse vt dicere solitꝰ fuerit. sibi videri q̄ in eo Adam nunq̄ peccasset. Magnꝰ etiā in ordine fratrū minorꝝ. cui vnꝰ omniū post beatū Franciscū plurimū pfuit. Ad eꝝ em̄ gubernacula vocatꝰ. ꝛ generalis mīster dño inspirante creatꝰ. talē se suis pbuit subditis vt i illo dñicū illud verbuꝫ videret impletum. Qui maior est vestrū sit minister vr̄. Hā sapientia ꝛ morꝝ integritate maior. plationis officiū cū tanta exercuit charitate. q̄ spōte humilis nūc doctrina. nūc monitiōibꝫ. nūc exhortatiōe fraterna. nūc etiā corpali seruitio satagebat vt bonꝰ christi miles inferioribꝫ ministrare. Nec solū q̄ ab ipo btō Frācisco pie ꝛ sctē fuerāt institutа diligētissime custodiuit. sed multa etiā adinuēta. que crescente fratrū numero necessaria videbant adiecit. Ordinē quoq̄ ipm in ꝓuincias custodiasq̄ diuisit. Magnꝰ etiā dignitate in Romana fuit eccl'ia. Increbrescente em̄ fama innocētie. doctrine ac prudētie eiꝰ. a felicis recordatiōis Gregorio papa decimo pdecessore nr̄o ad cardinalatꝰ ē vocatꝰ honorē. vt eiꝰ opa in maximis ꝛ difficilimis rebus q̄ tpibꝫ illis inciderāt vterent. In quē Gregorꝰ ipe ob ingentia viri merita nouo est vsus exēplo. Statim em̄ illi Albañ. cōmisit eccl'iam q̄ nō nisi vetustioribꝫ cardinalibus solet cōmitti. Nō fefellit expectatōez summi pontificꝫ ac sacri senatꝰ optimus a deo amicissimꝰ vir. Sed in ꝓcilio Lugdunen̄. psidēs. oīaq̄ ad dei laudez dirigēs. sedatis discordijs. difficultatibusq̄ sublatis. ipi eccl'ie maxīo vsui fuit ꝛ ornamēto. Quibus reb⁹ apte cognoscit q̄ statuit illi dominus testamētū pacꝫ. ꝛ pncipem fecit eum. vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. Quem inanis gl'ia nō inflauit. nō diuitie sinistrorsum egerūt. sed in fide lenitateq̄ pseuerās. pius in deū. in pauperes misericors. iustus i oīes. ita ꝫ corruptibile corpꝰ etuit vt cum apl'o dicere posset. Bonū certamē certaui. cursum ꝓsumaui. fidē seruaui. In reliq̄ repōsita ē mihi corona iusticia. Qui ꝛ si ex sola pseuerātia poterat sctūs credi. Iurta illud. Esto fidel' vsq̄ ad mortē ꝛ dabo tibi coronā vite. subsecuta sunt tñ post vitā multa maximaq̄ miracula. q̄ certū sanctitatꝫ eius pbent indiciū. ꝛ nos ad ipi⁹ veneratiōnē inducūt. q̄ deꝰ meritis pcedētibꝫ venerandū oñdit. Ipe em̄ deꝰ omps vt sue vtutis potentiā manifestet. ꝛ nr̄e salutꝫ cām pandat. fideles electos suos q̄s coronat in cel'. sepe etiā honorat i mūdo ad eorū memorias signa faciens et pdigia. q̄ hereticа prauitas ꝓfundat. ꝛ fides orthodoxa seruet. Agimus igit̄ ipi deo quantas possumꝰ gr̄as. q̄ nos dignos duxerit p quos hec canonizatio celebraret. Que licet diuinis lr̄arū monimētis extantibꝫ. cozuscātibusq̄ miracul'. iam pridē potuerit rite fieri. nunq̄ tñ ante hac vel a ꝓncipibꝫ vel ab alijs tanta diligentia fuit petita. nr̄o tpe charissimi in christo filij nr̄i Frederic⁹ romanoꝝ impator semper augustꝰ. Ludouic⁹ Francoꝝ christianissimꝰ. Ferdinandus Sicilie ꝛ Hatrbias Hungarie reges illustres. dilecti quoq̄ filij nobiles viri Alphonsus calabrie. Johannes mozenico venetiaꝝ. Jobes haleā Hediolani. ꝛ Jobes burbom duces insignes. ꝓterea ciuitates florentiū. senensiuꝫ. lugdunensiū. perusiū. ꝛ que tale iubar tulit balneozegiū. tanto studio tātaq̄ pseuerantia petierūt a nobis. vt durū ꝛ impiū putaremus eis in re tā pia resistere. quā etiā dei monitu petere videbant. Accesserūt assidue venerabil' frīs nr̄i Juliani epi sabinēsis. ipi⁹ ordinis ꝓtectoꝫ. dilectoꝝ q̄z filioꝝ Francisci samsonis general' mīstri. ꝛ petri de Rodolphis ꝓcuratoꝫ dicti ordinis sacre thologie. pfessoris pces. q̄ noīe general' eoꝝ capl'i. id tāq̄ iustū ꝛ debitū reposcebāt. Legeram⁹ studiosissime scti hui⁹ dīna scripta. quibꝫ postq̄ p etatē aliq̄d sape licuit sp fuim⁹ delectati. Audiueram⁹ q̄z ab antiquioribꝫ pfate religiōis frībꝫ ꝛ grauibꝫ q̄dē viris. quiꝫ ipi a maioribꝫ natu acceperant de sanctimonia vite eiꝰ. ꝓstantē famā esse sciebam⁹ ꝺ multꝫ maximisq̄ miracul'. nec erat ꝓterea apud nos dubiuꝫ q̄n in triūphanti eccl'ia triūpharet i celo ꝛ veneratiōnē mere ret in terrꝫ. Qz mēozes nos eūdē minorū ordinē et voto ingressos. in q̄ dīna assistente gr̄a i sacris lr̄is ꝛ religiosis moribꝫ vtcūq̄

pfecim⁹. eadēq; ministeriat⁹ officia exercui
mus. atq; inde ad cardinalat⁹ dignitatē. ita
vt p ꝓsiles gdus ad pontificat⁹ culmē sub/
leuatos nos fuisse disponēte dño ꝓgscam⁹
p ꝗs ipe Bonauētura sctūs ad triūphantꝫ
eccl'ie īmarcessibilē gl'az euect⁹ est. ne ad id
videremur potius affectiōe ꝓpria ꝗs debita
deuotiōe moueri. eā adhibuim⁹ diligentiā
ac grauitatē quā rei magnitudo poscebat.
Cōmisim⁹ em̄ trib⁹ et venerabilib⁹ frībus
nr̄is sctē romane eccl'ie cardinalib⁹. vt d̄ ve/
ritate miraculoꝝ mādarēt inq̄ri. Cūq; vn⁹
et eis inchoato processu vt deo placuit ab
hac luce migrasset. aliū i locū defuncti sub/
roganim⁹ cardinalē. q̄ etiā decedēte alium
substituim⁹. nec his ptenti cū iā pcessus ipe
pene pfect⁹ esset. z hi q̄ delegati erāt fidelis/
sime retulissent. tñ qz nō videbāt in pcedē/
do tanta q̄nta req̄rit obseruata solēnitas il
lū reiterari iussim⁹. Demū cū exyberiori re
latione z fidedignoꝝ testiū sup ℞ receptiōe
cōpertū fuisset multa z magna a deo p ipm
sctm̄ miracula fieri q̄ in ꝓspectu mlt̄itudis
cernebant. Nos ne spūisctō resistere vide/
remur. q̄ g os. p℞e laudare deū in sctis su/
is iubet. in ꝓsilorio nr̄o secreto h⁹ rei cā ha
bito. eoꝝdē venerabiliū fratꝝ nr̄oꝝ scē ro/
mane eccl'ie cardinaliuꝝ vota sup hm̄oi ca/
nonizatōne sum⁹ scrutati. Cunq; oim̄ vna
eadēq; fuisset sn̄ia. vicz vt in sctoꝝ numero
referri deberz. ꝓsilorium publicū deinde ha
buim⁹. in q̄ magna multitudie astāte in tri
duū oones ieiuniaq; indixim⁹. vt de⁹ ops
nobis q̄d factu optimū in hac re eēt oīde/
re dignaret. nec pateret eccl'iam suā militā
tem errare q̄ se triūphāti cōformare stude/
ret. Triduo deinde elapso oīs q̄ in roma
na curia erāt p̄latos iussim⁹ cōuenire. q̄ ad
vnū interrogati q̄d faciēdū videret. i eandē
sniam ꝓnerūt. btm̄q; Bonauēturā eum
canonizandū cēsuerūt. Nos g̃ dei nutuz et
voluntatē seq̄ntes attēdentesq; iustū ac de
bitū esse. vt ꝗs de⁹ honorat⁹ in cel' nos vene
ratiōis officio laudem⁹ z glorificem⁹ in ter
ris. cū ipe pot⁹ laudet z glorificet in illis q̄
est laudabil' z gl'iosus in secula. Huc diem
canonizatiōis ipi⁹ scti Bonauēture in me/
dio Basilice p̄ncipis ap̄l'oꝝ de vrbe q̄ ma/
xima ois generꝫ ordinisq; multitudo cōflu
erat celebrandā statuim⁹. Ibi relicꝝ oīb⁹
legitime pactis. p̄dict⁹ ordinis minoꝝ pcu
rator. in medio stans dictuz illud bti Jo/
hannis ap̄li clara voce ꝓponens. videlicet.
Tres sunt q̄ testimoniū dāt in celo. pr̄. ℞bū
z spūsctūs. pbauit etiā babito sup p̄miss⁹ s
pcessu. ipas btissime trinitatꝫ psonas testi/
moniū q̄ beat⁹ Bonauētura in celo sit. p̄sti
tisse. p℞em videlicet in miraculoꝝ potentia.
filiū in doctrine sapia. z spm̄sctm̄ i vite ip̄i⁹
bonitate. Et ꝓterea nō solū noīb⁹ oīm qui
hanc ipam canonizatiōem fieri supplicarūt
sed etiā ex parte indiuidue trinitatꝫ p̄is et
filij z spūsscti. vt ipm btm̄ Bonauēturā san
ctum. pnūciare dignaremur instant instan
tius z instātissime req̄siuit. Cōfidētes igit̄
q̄ iꝫ hac canonizatiōe nō p̄mittat nos de⁹
errare q̄ oīa in ea q̄modolibet req̄sita eti
am supabūdant obseruari fecim⁹ z obseruaui
mus. de eoꝝdē fratrū nr̄oꝝ sctē romane
eccl'ie cardinaliū oīmq; p̄latoꝝ in romana
curia existentiū vnanimi ꝓsensu et maturo
ꝓsilio de oīm ipotentꝫ dei ac beatoꝝ Petri z
Pauli ap̄loꝝ eius auctoritate cōfisi. beate
memorie Bonauēturā balneoregionen̄. sa
cre theologie. pfessorē. ex gremio sacri ordi
nis minoꝝ. z ex officio generalatus in ep̄m
cardinalē assumptū. sctm̄ esse ac alioꝝ scōꝝ
dei catalogo ascribendū adūjcienduz z ag/
gregandū forе ac fideliter firmiterq; tene/
ri debere decernim⁹. ip̄mq; sctoꝝ ꝓfessoruꝫ
pontificū et doctoꝝ ꝗs sancta dei venerat
eccl'ia ꝓsortio solēniter in p̄sentiaꝝ ascribi/
mus aggregamusq; p̄sentes. Statuētes
etiā z mandātes venerabilib⁹ fratrib⁹ nr̄is
patriarchis. archiep̄is ep̄is ac dilectꝫ filiꝫ
dictoꝝ ac patriarchaliū metropolitanoꝝ
z cathedraliū eccl'iarū cap̄lis z q̄rūuis ordi
num tam mendicantiū q̄ nō mendicantiū
pfessoribus. necnō quibuscūq; eccl'iasticis p/
sonis vt festū ip̄ius scti Bonauēture secū/
da dñica mensis Julij singulis ānis solen/
niter z deuote celebrent diuinū officiuz ve/
luti p vno ꝓfessore pontifice z doctore tam
publice q̄ p̄uatim. put ꝓtigerit p̄soluentes
Dilectis vero filiꝫ fratrib⁹ p̄dicti minoꝝ
ordinis q̄tinus hm̄oi officiū sub festo du/
plici z octaua eo modo quo alioꝝ dicti or/
dinis sanctoꝝ celebrare festa z octauas cō
sueuerunt celebrādi cōcedim⁹ facultatem.
Insup eadē auctoritate oīm̄ib⁹ vere penitē
tib⁹ z ꝓfessis q̄ in eadē dñica eccl'iam ī qua
sctm̄ et⁹ corpus req̄escit deuote visitauerīt
annuatim septē ānos z totidē q̄dragenas.
bis vero q̄ alīꝫ tp̄ib⁹ in singul' dieb⁹ dñicis

centū dies. Illis autē q̄ eccl'ias fratrū mi/
norū vbilibet constitutas tam ip̄a die festi
q̄ꝫ in octaua diuinis officijs interfuerint cō
similes indulgētias ⁊ pctōrū remissiōes q̄
in singulis alioꝝ eiusdē ordinis sanctoꝝ fe
stis ex indultis apostolicꝫ generalit' ꝓmul/
gatis Romani pontifices ꝯcesserūt. de in/
iunctis penitentijs misericordit' in dño re/
laxamus ⁊ elargimur. Considerātes prete
rea quāta ab hocip̄o sancto Bonauētura
rōne scientie ⁊ sanctitatꝫ vite ep̄alisq̄ꝫ ⁊ car/
dinee dignitatis sctā romana eccl'ia susce/
perit incremēta quātaq̄ꝫ idē sanct⁹ cū bea/
to Thoma de aquino coetaneo ꝯdiscipu/
lo ⁊ cōmagistro suo familiaritatē ⁊ spiritu/
alem cōiunctionē in hac vita seruauerit. vt
quos in h̄ seculo fraterna iunxit charitas ⁊
eadeꝫ in celo p̄mia cōsecutos credim⁹. p̄ns
ecclesia pari venereť honore. p̄dictū festum
inter festa sacri palacij apostolici assumen/
tes annumerātesq̄ꝫ. eandē indulgentiaꝫ in
festo p̄dicto in eccl'ia sanctoꝝ apostoloruꝫ
de vrbe q̄ in festo ip̄ius sancti Thome de
aquino in eccl'ia beate Marie v̄ginis d̄ vr/
be miuerua vulgariter nūcupata habetur.
cōcedimus. ꝑiterq̄ꝫ decernim⁹ frēs mino/
res in alma vniuersitate Parisieñ. eisdem
p̄uilegijs posse ac debere vti ⁊ gaudere ob
ip̄ius sancti Bonauēture merita. quibꝫ ex
apostolicis indultꝫ fratres predicatores in
eadeꝫ vniuersitate intuitu ⁊ gr̄a eiusdē san
cti Thome potiri ⁊ gaudere cōsueuerunt
⁊ gaudent aut potiri et gaudere q̄modoli/
bet poterūt in futurū. Quocirca om̄s ⁊ sin
gulos in dignitate ꝯstitutos requirimus ⁊
monem⁹ q̄tinus vniuersis ⁊ clericis ⁊ po/
pulis suarū ciuitatū diocesum ⁊ parochia/
rū p̄sentes nr̄as lr̄as solēniter publicātes.
eosdē hortenť. deū ip̄m a quo bona cuncta
ꝓcedūt hūiliter dep̄cenť. vt ip̄ius sancti do
ctoris ⁊ cōfessoris Bonauēture meritis et
p̄cibꝫ exorat⁹ militantē ecclesiā. apl'icā fidē.
⁊ cūctos chrifideles a paganoꝝ ⁊ alioꝝ in/
fideliū ⁊ hereticoꝝ tueatur incursibꝫ ⁊ a pe/
riculis cūctis semꝑ ꝓtegat ac defendat. ⁊ il
lam quā nobis mūdus dare nō pōt paceꝫ.
hostiū oīm sublata formidine. firma cū trā
quillitate cōcedat. vt q̄ꝫ post hui⁹ vite mili/
tiā depositūq̄ꝫ pastoralis officij ministeriū
vnacū grege nobis credito ad sempiterna
tandē gaudia ꝑuenire mereamur. Demuꝫ
qꝛ difficile foret litteras originales presen
tes ad vniuscuiusq̄ꝫ noticiaꝫ deferri volu/
mus ac decernim⁹ q̄ꝫ earū trāssumpto sub
sigillo generalis ministri ordinis antedicti
⁊ manibꝫ duoꝝ notarioꝝ publicorū debite
subscriptis fides adhibeať indubia in om
nibꝫ ⁊ ꝑ om̄ia. ⁊ illis vbiq̄ꝫ stetur ac si origi/
nales lr̄e huiusmōi essent exhibite vl' osten
se. Nulli ḡ oīno hominū liceat hanc paginā
nostre cōstitutiōis. ascriptiōis. aggregatio/
nis. statuti. mādati cōcessionis. relaxatiōis
largitionis. assumptionis. annumeratiōis
monitionis ac voluntatꝫ infringere vl' ei au
su temerario ꝯtraire. Si q̄s autē hoc attē/
tare p̄sumpserit indignationē om̄ipotentꝫ
dei ac beatorū Petri ⁊ Pauli apostoloruꝫ
eius se nouerit incursuruꝫ. Datum Rome
apud sctm̄ Petrū Anno incarnatiōis dñi/
ce. M.cccclxxxij. Decimooctauo kalēdas
Maij. pontificat⁹ nr̄i anno vndecimo.

¶ Incipit ꝓlog⁹ in speculū discipline seu li
bellū de minimis ad nouicios scti Bona/
uenture ep̄i ⁊ cardinal' ordinis minoꝝ.

AD honestatem
tendētes in p̄mis necessariuꝫ
hn̄t vt ꝑ exercitium discipline
virtutꝫ titulū citi⁹ app̄hēdere
possint. Nā vt ait Hugo de sctō victore.
Usus disciplīe ad v̄tutē aīm dirigit. v̄tus
aūt ad btītudinē ꝑducit. ac ꝑ h̄ inq̄t exerci
tiū discipline esse dꝫ nr̄a inchoatio. v̄tus. ꝑ/
fectio. p̄miū v̄tutꝫ. eterna btītudo. Ueꝝ q̄
disciplinā ī noue ꝯuersatōis initio negligit
ad eā postmodū difficile applicať. ⁊ formaꝫ
quā p̄mo q̄s recipit vix deponit. Adole/
scēs nāq̄ꝫ iuxta viā suā etiā cū senuerit ñ re
cedet ab ea. Optīa viuēdi forma eligēda ē
quā reddat assuetudo iocūdā. Pri⁹ autē
ad ꝓfectū ḡd⁹. defect⁹. cognitio. maḡq̄ꝫ oīo
prudēti securitas. viuēdi modū nouisse cō/
gruū ꝓ varia reꝝ ⁊ accidētiū q̄litate. Nec
mīmū ē ꝯtēnere mīma. q̄ nō mīmā moribꝫ
maculaꝫ eo turpi⁹ neglectu hīta ingerūt. q̄
vitari facili⁹ cognita valuerūt. Proinde
q̄ spū dei agunť moralibꝫ documētꝫ inten/
dūt. q̄ tñ suꝑbi ⁊ fatui ꝯtēnētes nūc suꝑstiti
ones nūc cerimonias vocāt. aut certe calū
nijs fucatis impugnāt. Nec em̄ stult⁹ v̄/
ba prudentie recipit. nisi ea dixeris q̄ ver/
santur ī corde ei⁹. Hic ergo tractatulus

p supioz impositionē exact⁹. rudi q̄dē iux/
ta scribentē ruditatē z intēti exigentiā stilo.
et diminutis q̄z ac nudis ob breuitatē. ī cō
pactisq̄z interdū sed ꝓgruis p moz traditi/
one sentētijs edit⁹. nouis xpi discipulis p
aliq̄li speculo inspiciēdus ꝓponit⁹. vt p pau/
ca sibi ꝓposita occasionalit⁹ fiant in plurib⁹
cautiores. Da sapiēti occasionē ait Sa/
lomon. z addet ei sapia. Attendāt tñ q̄/
dam h̄ accipiēda fore cōiter z magis z min⁹
ploco z tpe obseruāda. licet nō sp p singul⁹
ꝺitionū modificatio replicet⁹. Prudēs.
vt rerū varietas exigit. ita se accomodat tē
pori. nō se in aliq̄b⁹ mutās sed pot⁹ aptās.
sicut man⁹ q̄ eadē est cū in palmū extendit⁹.
z cū in pugillū cōstringit⁹. Nec moueat si
qua p iunioribꝫ impti nētia videant⁹. pinde
iunior in his sepe q̄ ipm excedūt instruit⁹ vt
senioz se ꝓposito applicās. sit q̄ntū congruit
aptior ad agēda. cautior ad cauēda Pro
licitatē fore trit⁹ si q̄s fuerit inspector cau
sabit⁹. sed necessariā in etptis dicendoꝝ ex/
pressionē aduertat. Nec facile rudes. p q̄
bus est opa generalib⁹ posse comatib⁹. id ē.
breuib⁹ z incōpletis sententijs eruditi. aut
ꝓcisis passim. pficere paradoxis. vnoq̄z ni/
hilomin⁹ nouerit titulo multa q̄nq̄z pstrin
gi. que specialē reḡrerent explicāda tracta
tum. Duas aūt pticulas. ꝓncipalē vicz z
incidentalē ꝑm series habet. Principal'
in duas diuidit⁹. In q̄rū ꝑma de ꝓparato/
rijs ad disciplinā z aliq̄b⁹ eius effectib⁹ inci
dent. in scōa de ipa plen⁹ tractat⁹. Pre/
paratoria sunt p modū ꝓncipij medij z po/
stremi. Depositio vetustat⁹. stabilitas men
tis aduersus tēptatiōes diaboli. z subiecti
onis būilitas. ꝑmū ꝓparationē inchoat. se/
cūdū ꝓtinuat. tertiū vero ꝓsumat. Ser
uanda erit vbiq̄z maioꝝ z minoꝝ paragra/
phoꝝ distinctio. ad seriei z ordinis cuiden
tiam ampliorē.

De vetustatis depositione.
Capitulum I.

Deponendus est ꝑm apl'm vetus hō. et induend⁹ est nouus. Quod pfecte im/
plent q̄ trāsitorijs abdicat⁹ nō solū pcā ve
rūetiā occasiōes fugiūt pcōꝝ. veteriq̄z fer/
mento p purā ꝓfessionē pleni⁹ expurgato. ī
vite nouitate pfecta. soli ꝑeligūt dño mili/
tare. In odore igit⁹ vngentoꝝ christi per
cōpendiosam z tutā sacre religiōis semitā
currere cupiētes. ꝓpus rex tpalīū fasciculos
deprimētes abūciāt. vt ab oīni tā possessio/
ne q̄ cura penit⁹ expediti xp̄m dñm expedi
te sequant⁹. z nō sint ei temptatōnis occasio
vel ruine. Q si ante religiōis ingressum
nō fuerint expediti. post ingressuz saltē ex/
peditionez bmōi p alias psonas vel plras
iuxta supioris arbitriū q̄nta pñt accelera/
tione, pcurēt. nō expectaq̄ opoꝛtunitatibus
aut vtilitatib⁹ deceptoꝝ. q̄s freq̄nter dia
bolus sub specie pietat⁹ assumit. Tūma
sit eis vtilitas vtilitates hui⁹ mūdi ꝓtenere
ꝓpter christū. iuxta vbū sct̄i Hiero. Nemo
renūciatur⁹ sec'o. bñ pōt vendere q̄ cōtem/
psit vt vēderet. Si habes inq̄t in ptate rē
tuā vende. si nō habes. proīce. Totū vo de
dit. q̄ seipm obtulit. Post religiōis ingres
sum ꝓtinue debēt ꝓfessioni faciēde vacare
z de oīb⁹ q̄ in seculo a puericia cōmisert ad
memoriā q̄ntū poterūt studiosa sollicitudi
ne reuocaq̄ generalit⁹ ꝓfiteri. Valoꝝ nāq̄
ꝓfessio. initiū est bonoꝝ. Ordinis g̃ status.
reḡit res atq̄ reatus.

De constātia mentis z cautela ꝓtra tem
ptationes diabolicas. Caplm II

Quoniā aūt pharao psequit⁹ israelez
fugientē. z ꝓtept⁹ surgit in scādala.
nunc apte nūc occulte sub specie bo
ni piculosius tēptans. faciāt qđ scriptū est.
Fili accedēs ad seruitutē dei sta in iustitia
z timore. z ꝑpara aīam tuā ad tēptationez.

Solēt ꝑcipue vires temptatiōi prebere
fluctuatio mētis circa ꝓpositū ingressure vl'
ingresse religiōis tarda tepidaq̄z repulsio.
z deiectio spūs desolati. Ea ꝓpter in p̄
mis in ꝓposito sctō coꝛ suū oīno stabiliant z
ꝓfirment. ne velut harūdo diuersis vento/
rū flatib⁹ agitati. vacillēt. Optimū ē inq̄t
apl'us gratia stabilire coꝛ. Et Prosper ait.
Quēlibet hoiem (donec se in eo qđ elegit
certa diffinitiōe ꝓfirmet. velut in q̄dā deli/
beratiōis incerte biuio cōstitutū) discerpit
ipa diuersitas volūtatū. Uirt⁹ inq̄t horta
tur z puocat. vt diffinitōis ambiguitate de
posita, ꝓpositū spiritale suscipiat. pseueratu
rū se in suscepti laboze ꝓpositi nō sua possi/
bilitate sed dñi miseratione ꝓfirmet. Logi
tet q̄nti z quāte potuerūt z pñt qđ se posse
desperat. vnđ illi potuerūt inde se posse fir
miter credat. meminerit illud apl'i. Fidelis
deus q̄ vocauit vos. q̄ etiam faciet⁹ tē. Qui

Abdicatio rerū

z Spiritalis cōfessio

ordis assūptis stabilimentū

sperant in dño mutabunt fortitudinē. cur/
rent ⁊ nō laborabunt. ambulabūt ⁊ nō de/
ficient. Ad hoc temptationū ⁊ cogitatio
nū malaruz viriliter ꝑncipijs ⁊ absq; more
dispendio est obstandū. Ex si earuz insult⁹
spiritū inquietēt non solū familiar⁹ confes/
sor verūetiā fratres alij seniores sunt in ad
iutoriū aduocandi. vt vni⁹ debilitas mul/
toruz adiutorio sustētet. Frater q̄ adiuuat
a fratre. quasi ciuitas firma. Qui antē vul/
nus detegere vel auxilium petere negligit.
sua nō immerito negligētia perit. Deniq;
cū diabolus serui dei spiritū ꝑ tristiciā de/
ijcere studeat. ipam si qñ irrepserit citi⁹ re/
pellentes. christo dño qui datorē hilarē di/
ligit in cordis leticia famulent. attendētes
sollicite ne d̄ sua vnq̄ vocatiōe ingrati aut
tepidi regratiatores appareāt coram deo.
vbi sol radiat gr̄e. nubilū turbatiōis absce/
dat. Solet in aqua turbida latere piscatu
rus aniam. coluber tortuosus. Maximū
inhabitant⁹ gr̄e signū. spiritualis leticia.

Porro q̄ vocantis gr̄az nō agnoscit. in/
dignū se vocationis fructu cōstituit. Be
neficijs ingrat⁹ exhibitis. ineptus efficitur
exhibēdis. Valet quoq; interdū ꝯuersis
ꝑ anīe salute mutatio loci. Plerūq; em̄ dū
mutat locus. mutat ⁊ ment⁹ affectus. Va/
let ꝑ ment⁹ temptatiōib⁹ impulse presidio.
Valet ꝑ mor̄ citius ac ꝑfecti⁹ assequendo
peculio. extra cognationē ⁊ patriaz vel ad
temp⁹ secedere. Verū q̄r ꝑ se nullo mo/
do sufficerēt ad machinamenta diaboli re
pellenda ad christū (ꝓpter quē om̄ia ꝯtem/
pserunt q̄ est temptator̄ refugiū. et debiliū
fortitudo. q̄ se fideliter inuocantib⁹ facit cū
temptatione ꝓuentuz vt valeant sustinere)
crebris supplicationib⁹ ⁊ deuotis recurrāt.
Honestos ꝑ oĩa exigit mores. ꝯuẽtualis honestas. Vniformitas ẽ in ꝓstratione ⁊ inclinatiõe specialit. q̃q̃z in alijs generaliter obſuanda. In ꝓstratiõe. vt nõ alius subt⁹ formã chori ⁊ ali⁹ sup sedile. sed om̃s supra dictã formã vniformit se ꝓsternãt. et operto capite silent orẽt. ne impediãt circũstantes manu ad genas accubitãdo nunq̃z applicata. aut brachijs extra eandẽ formaz extentꝫ sed sup ipam honeste ⁊ humilit dispositis. In inclinatiõe. vt vniformiter apud om̃es sit tempestiua. deuota. sufficiens ⁊ honesta. Tempestiua quidẽ. vt inclinatur⁹ surgendo ⁊ eleuãdo sedile. temp⁹ vel paululũ inclinationis p̃ueniat. vt verbi causa. qñ post psalmũ fuerit inclinandũ. versus vltimi fine iã accedente surgat. q̃tenus deinde libere inclinet. vl' certe inclinationẽ sedis aptatio subsequat. In inclinatione vero debet deuotio apparere. vt fiat humiliter ⁊ ꝓfunde. Nõ est deuoti sed pigri. rigido stante corpe tenui motu corporis inclinare. Est em̃ corpus depssis aliquãtulũ renib⁹ ne capiti coequent adeo dimittendũ vt ip̃m fere sup genua brachijs interpositꝫ reclinet. Alioquin inclina si nosti facilius. tamẽ humiliter ⁊ ꝓfunde. Extra chorũ tamẽ ⁊ aliqñ forte in choro ad officium plane dictuz minor sufficere possit inclinatiõis ꝓfunditas. Sunt q̃ culpabili admodũ remissione traducti. hunc reuerentie cultũ dño subtrahẽtes euacuant. dũ aut resident prorsus vsq̃z post factã memoriã trinitatꝫ. aut tunc etiã surgũt ⁊ sedili eleuando intendũt qñ fuerat inclinãdũ. aut ex negligẽtie vicio nõ inclinãt. Quãti tamẽ sit hec noxa detrimẽti. beata dei genitrix seniori cuidã in choro psallentiũ fratrũ indicasse refert. que inclinãtib⁹ ad sancte memoriã trinitatis suũ ipa filiũ singulis offerebat. quendã vero mĩme inclinantem. verso ab eo vultu velut indignuz hac gratia ꝑtrãsibat. Sufficiẽs seu etiã ꝑfecta debet esse inclinatio. vt ab ea citi⁹ debito nõ surgatur. honor quidẽ patri ⁊ filio et spũisancto. sine differẽtia exhibendus est.

Honestas quidẽ in corpis manuũ ⁊ habitus decenti dispositiõe cõsistit. Quantũ ad habitũ maxime vt capucio caueatur. ne operta fronte sup oculos defluat inclinant. Proderit ad vniformitatẽ ſuãdã cõmuni de officio noticiaz habere. Pulchra valde vniformitas in ꝯuentu vbi debent ⁊ mores ⁊ animi ꝯuenire. Unanimes vniformitas in cõuentu decet. que in moribus plurium vnitiua vniformes ordinat ⁊ decorat.

De disciplina officij extra chorum. Capitulũ XVI.

Si quãdo extra chorũ officiũ dixe/
rint. diligentiã nihilomin⁹ ⁊ hone/
statem p̃dictã debẽt in quib⁹ pote/
runt studiose seruare. vt dimissis omib⁹ q̃/
cunq; in manib⁹ fuerint. stantes cũ reuerẽ/
tia iuxta traditionẽ eccl'iastice discipline. p̃/
terq̃ ad lectiões in matutinis. vel quando
alias creatori suo debitas cũ deuotiõe lau
des exoluent. flectẽtes genua. vl' inclinan/
tes ꝓ tempe cũ timore dei Si qñ eos ad
sedendũ debilitas euidens vl' nimia lassi/
tudo cõpellat. saltem ad inceptionẽ officij.
ad inuitatoriũ. hymnos ⁊ orõnez dñicam.
⁊ a capitulo in ante surgere non omittant.
Si etiã in lecto egritudinis decubãt. reue
rentiã nihilomin⁹ aliquã faciãt ꝓut possũt.
Sanct⁹ Hieronym⁹ (qui tanta legitur
lassitudine fatigat⁹. vt etiã in stratu suo ia/
cens. funiculo trabe suspenso manib⁹ ap/
prehenso. supin⁹ erigeret̃. vt scilicet officiuz
monasterij ꝓut poterat exhiberet. dum ex/
haustus virib⁹ senex nec senectuti parcit.
nec debilitati blandit̃) desidem signis iu/
niorũ. quib⁹ corpis vires vtcunq; sufficiũt
irreuerentiã. imo dignã derisione desidiã
arguit ⁊ confundit. Alius ꝓ lentaruz te/
dio febriũ. cõpletoriuz in lecto exoluere as/
suetus. fertur ꝑ angelũ rep̃hensus audisse.
Completoriũ sub cocco. nec fruct⁹ nec vti/
litas. Sane in officio dei curãda vbiq;
magnope reuerẽtia et honestas. cum vbiq;
sit eadẽ eius cui tunc loq̃mur ⁊ astam⁹ dei/
tas ⁊ maiestas. Tanto em̃ amplius reue
rentie ⁊ diligẽtie studiũ diuino debet̃ offi/
cio. quãto id deo ĩmediatius exhibetur.
Cura officij diligens maxima stat⁹ integri
tas. neglectus officij maxima vite corru/
ptio. maxima religiõis deformitas. Ne/
mo dei se estimet seruũ. si dei potissimaz ne
gligat seruitutẽ. que appropriato vocabulo
dei seruitiũ nuncupat̃. Debent dicere of
ficiũ distincte. cõtinue. integre et ordinate.
Distincte ne verbũ masticando. vel exili
ter ꝓferendo. vel nimiũ festinãdo. dicenda
confundãt. Cõtinue. vt interruptiões in
eo nõ fiant. aut interloquẽdo. nisi necessita
te cogente. Et hoc psalmo vel oratione vel
quocũq; alio. quod tũc fuerit in dicẽdo cõ/
pletis. nisi psalmũ vel orationez quẽ inter/
rumpi cõtingit. cõtinuo a capite resumptu
ri. aut inter psalmũ ⁊ psalmũ morã notabi/
lem faciẽdo. Parisius vt fertur cuz qui/
dam theologus vni⁹ hore canonice ince/
pisset officiũ. supueniente episcopo ad loq̃n
dum cũ eo. caput sine locutiõe inclinãs. ho
ram inceptaz episcopo expectante finiuit.
quã deinde dilationẽ colloquij ne moleste
ferret admonuit. causaz subinferẽs. q̃ ma/
iori domino loquebat̃. Quidã ꝓpter in/
terruptiones in officio factas. grauissimo
afflictus purgatorio memorat̃. Integre
dicant. vt de dicẽdis nihil omittãt. Pro/
inde si plures fuerint qui officiuz dicant si/
mul. ⁊ vnus vel duo iuxta laudabilẽ cõsue
tudinem psalmos. antiphonas. hymnos ⁊
respõsoria ad vitandã cõfusionem voce ꝓ/
nunciãt altiori. Non putent sibi sufficere q̃
ab alijs dicit̃. sed om̃ia que ad suã pertinẽt
partẽ. ac si essent in choro. sub silentio inte
gre dicãt. cum officiũ extra eandẽ quaz in/
tra integritatẽ requirat. Ordinate deni
q̃ officiũ in substãtia tempe et modo ⁊ om/
nib⁹ exequi studeant. Postpositiões. im/
plicationes. variatiões facile nõ admittãt.
Honeste tamẽ p̃ciosa vel aliud extraor/
dinarie aliquãdo dicit̃. dũ tamẽ idip̃m suo
tempe minime negligat̃. Quis autẽ sine
grandi ꝯscientie scrupulo ꝓpriũ officij ordi
nem. sibiq; religionis sanxione impositũ ꝓ
alienis quibuslibet p̃termittat. aut qualib⁹
variatione deformet. Quis nisi vanissim⁹
⁊ imprudẽs ꝓ certis dubia. ꝓ autenticis va
ga. ꝓ necessarijs curiosa inducat. Sint
igitur sanctoꝝ officij cõditorũ deuota ⁊ sta
bili ordinatione cõtenti. nihil eorum vel cõ
muni ordinis institutioni p̃ponant quãli/
bet serium et deuotum. nec desipientium
more stultorum. grecorum gl'as emulent̃.
Non nisi insipienti sua placent. Om/
nis stulticia laborat fastidio sui. Temp⁹
quoq; congruũ seruent. nec facile preter ne
cessitatem diurnas horas. siue primaz siue
completorium saltem canonicũ. siue alias
in nocturnas cõuertant Fuerunt q̃ hoc
quarundam obtenta traditionum defen/
derent. ordinationẽ ecclesiasticaz officij cõ
fusione temporis irritam facientes. Qñ
fuerint duo vl' plures. quasi choruz sibi cõ
stituant. et psalmos atq; hymnos accipiãt
alternatim. vt est consuetudinis cõuentui.
Congruus ordo est in omnibus vbiq;
prouide disciplinato seruandus. Ordi/
natum animũ ordinis decor et condecet ⁊
condelectat. Inordinati est animi etiaz

in exteriorib⁹ ordinem non curare. et tamen ordinationis exterioris religio. attentionem excitat et affectum.

De altaris ministerio curando. Capitulum XVII.

Altaris ministerium ob reuerentiã corporalis presentie saluatorꝭ. mundicie. reuerentie. diligentie. honestatis et circũspectionis studium speciale requirit. Mundamini ait propheta. q̃ fertis vasa domini. Haud dubiuz hoc de ministris altaris conuenienter intelligi. quibus spiritualis ꝛ corporalis mundicia est habenda Spiritualis. vt nullus de peccato conscientiã habens lesam. vel somno pollutus nocturno. ad tangendum sacra vasa. vel ad ministrandum anteq̃ fuerit cõfessus accedat. Hec debet celebraturus confessionem priuatam. que ante celebrationem de quotidianis offensis fieri cõsuevit vsq̃ ad altare deferre. Corporalem quoq̃ mundiciam Moyse sancto attestante diligit deus. Corporalem omino mũdiciam. requirit corporalis presentia saluatoris. Idcirco ministri altaris non solũ anteq̃ se ad ministrandum induãt. verumetiam postq̃ fuerint omnino parati. expeditis cõmunibus ad calicis ministerium accessuri. suas iterum lauent manus.

Hoc enim semper debent cauere cautissime ne cõmunibus manibus. aut cum manicis suis. vel post immediatum eorum cõtactum. calicem aut qui ad ipsum pertinẽt pannos vel corporalia tangant. sed si lineam tunicam quam rocetum vocant. vel superpellicium cum strictis manibus. vel aptum aliud non habuerint indumentuz. calicem preparãdum et in fine misse plicandum. sacerdoti relinquant. Reuerentiã debent ministri altaris tam ad sacerdotez q̃ ad ministerium. et res etiam propinque ad ipsum ministeriũ pertinentes habere.

Circa sacerdotem vt quando secum altari assistunt per aliquantulã capitis inclinationem. ꝛ sui elongationem ab eo. ac per humilem debiti exhibitionem officij. reuerentie signum ostendant. Si vero sederit et ipi tantũ in superpellicijs fuerint. nequaq̃ iuxta ipm i sedilibus. videlicet coequalibus sedi eius. sed ad scabellum eius potius. si aptus fuerit locus vel alibi sedeant. Venerentur eum decoro vt conuenit comitatu. et maxime quãdo se vertit ad populum ei assint. quem vbiq̃ vt in officio. sic et eo expleto in vestiarium reuertentem deducant. vt acies ordinata. ad altare deinde si opus fuerit reuersuri. Ministerio reuerentiam exhibent. si modo debito et habitu ipsi ministerio conuenienti assistant et ministrent. aliter enim non sine nota irreuerentie ministratur. vt siquis q̃uis diaconus vel sacerdos in superpellicio ad missam ministrans corporalia super altare presente sacerdote vestibus sacris indutо replicet aut componat. si quis non habens superpellicium cum strictis manicis vel aliud idoneum indumentum. corporalia et calicem tractare. aut panem et vinuz in communi habitu ministrare presumat. si quis hostiam in communi eligat loco. vl̃ electam reponat. que in pixide vel in manu sua mundissima est potius eligenda. et electa super patenam ipam vel super corporalia decentius reponenda. Nec audiendi sunt illi qui ad mensam domini non aliam q̃ ad mensam corporis curant mundiciam. super pannos qui libris ad secretaruz vel pallarum custodiam supponuntur. calicem passim vel consecrandam hostiam reponentes. Singularem hostie cultum singularis decet mundicia Ad res quoq̃ vt sunt corporalia panni calicis ipse calix et missale est reuerentia adhibẽda. quaz mundicie studium maxime probat.

Huius intuitu pannus omnis suspect⁹ aut quem color impedit ablui. a corporalibus arcetur et calice. in pixidibus hostiarum mundissimus sacculus lineus hostias contineat. In repositorijs calicũ saccellus quoq̃ operiendis calicis mapulis adhibeꝫ. Quisquis ergo ad altaris vtensilia sacra reuerentiam mundicie curat. circa ipsa operosius studeat.

De communibus libris si quos aliquã/do propter officium. ineuitabili forte necessitate cogente. poni super altare contingit. omnino caueant ne corporalia vel pannos calicis aliquo modo tangant.

Cum corporalibus vel calicis ipi⁹ mapula nunq̃ labia vel oculos tangant deuo

tionis alicuius obtentu. Calix cũ sũma tractetur mundicia. quando de loco ad locum defertur non super librum aut vestimentum. sed alte in manu mundissima vel repositorio portetur. nec extra repositoriũ ipm. pterq̃ sup altare vel in alio loco mundissimo teneatur. Missale in loco reponatur honesto. ⁊ si quãdo illud extra ecclesiam vel alias q̃ ad missam teneri contingat. panno aliquo mundo pter suam camisiam inuoluatur. Deniq; reuerentie in ministerio. habitus decens. cura mũdicie. ⁊ in executione maturitas attestantur.

Reuerentia simul ⁊ cautela mundicie cõmunes corpis vestes ꝓhibent ab altari.

Si plurium opponas ineptias in p̃missis. habet emulos plurimos vicium. rarissimos disciplina. Non a pluribus sed ab honestioribus forma sumenda est. Ad h̃ tam celebrans q̃ minister. circa officiuz suum magnam debent diligentiã adhibere.

Sacerdos quidem circa ꝓuisionem dicendorum ⁊ agendorum in missa ne defectum faciat in dicendis. formam seu modũ ordinis in celebrando postponens. auctoritate sua alium introducat. Oblationi calicis aquam ipe infundat. quod a nullo alio sine ipius conscientia est p̃sumendum.

Debet enim circa custodiam mundicie manuum ⁊ pannorũ esse intentus. Manuum vt eas ad tangendũ cõmunia vel carnẽ nudam. siue in facie siue alibi non exponat nisi eas continuo lauaturus. Pannorũ autem nunq̃ ad indumenta sacerdotalia. maxime ad infulam nares emungat. vl' aliter ea quoq̃ modo deturpet. Ministris vero diligentia debet esse circa ea que necessaria sunt celebranti. ⁊ circa mundicie custodiam. ac conseruationis vasorum ⁊ pannorum ꝑtinentium ad altare. Ministroꝝ est vt p̃induti celebraturum cum diligẽtia p̃parent. eiusq; indumenta post officiũ plicent. ⁊ que ipi sacrum ministerium exequẽti fuerint oportuna. hora tempe et loco cõgruis offerant. Nunq̃ ad missam priuatam legendi vel orandi gratia. solo vel sedibus se totaliter ꝓsternãt. Nec latitent post cortinas. sed palam coram altari. nõ tamẽ a latere celebrantis assistant. versus cũ circa quem tunc oculus debet esse. aspectum quasi continue directuri. non tamen in faciem eius. maxime post canonis inceptionez intendant. Nec ei p̃sertim a parte libri nimis appropient. aut tumultum aliquẽ faciant circa ipm. Summa quietis tranquillitas est necessaria celebranti. Vasa et pannos munde tractent apud eos et teneant. Si pannus calicis ad terram ceciderit. nullo modo anteq̃ lotus fuerit iterum calici apponatur. Circa finem misse calicem plicaturi. ipsum cum aqua post vinum recensiant. ne pannos inficiat adherentes. Nunq̃ super altare vinũ ⁊ aquã ad mũdationem. vel alias si vitare potuerint ministrent. Si tamen ob incuriam sacerdotis oporteat. subtus ampullas que vinum et aquam continent manum ad retinendum guttas. ne sup altaris pannos cadere possint apponant. Sup quos etiaz pannos nec ipe sunt reponende ampulle.

Adhuc debet qui ministrat ad missam suppellicium si habuerit conseruare. ne cũ eo aliquatenus nares emungat. vel sudores a facie. vel alias vndecunq; detergat. nec ipius manicas maxime ad puluerem sup ligna. lapides vel super terrã exponat. Quod tamen quia nõnunq̃ ꝑ negligentiam accidit aliquorũ. cauere debent ne corporalia calicem aut pannos eius cuz ipius suppellicij manicis tangant. De alijs indumentis quotiens ea plicant. sollicite caueant. ne vnq̃ manice terram tangant. vel vsq; ad ipsorum vestimentorum fimbrias descendere ꝑmittant̃. sed siue tunice linee siue quecunq; alia indumenta plicant̃. manice semper longe a fimbrijs collocentur.

Debẽt iterum ministri altaris ꝓpter vasorum ⁊ vestium. vt dictum est. cõseruationem attendere ne calicem quando reponunt stricte ligent. quia sepe ꝑ hoc deterioratur nõ modicum. ⁊ paulatim obrut⁹ conquassatur. Vasa quoq; altaris ⁊ vtensilia in locis suis diligent̃ vt cõuenit p̃parata p̃ponant. Vestimenta etiã plicare nõ negligant ⁊ aptare. nisi ꝑ aliquo celebraturo ea quis remitti requirat. Sed q̃d horum expressionibus imoror. In omnib⁹ q̃ ministerium dei contingunt. speciali nimirum diligẽtia opus est. Si agendis ministerijs regis. studiosissimã homies curã impendunt. quantã putas eterni regis ministerijs impendendaz. Ceterum si mi-

nistri altaris intendere debent honestati. multo amplius tamē ꝑ omnē moduz sacerdotes qui celebrant. Postq̄ ergo fuerīt vestib⁹ sacris induti. cū magna debent maturitate incedere. ⁊ p̄cipue cum altari assistunt. grauitatē in motu ⁊ gestibus laudabili curiositate seruare. nunq̄ genu flexuri q̄diu sacerdotali casula sūt induti. nisi tm̄ tempibus ab ecclesia institutis. Sup altare quoq̄ se non appodient inhoneste. nec manus suas hac ⁊ illac inordīate deducāt.

Quādo se vertunt ad populum non erigant oculos vt videāt assistentes. Deniq̄ circūspectos decet eos esse specialiter circa corpaliuz dispositionē ⁊ custodiam. circa calicis collocationē. circa dn̄ici corporꝫ consecrationē. sanguinis susceptionem. et mundationis industriā. Circa corporalia vt ip̄is sup altare replicatis vsq̄ ad anteriorem ip̄ius oram altaris sit spacium cōpetens. ne sup ip̄a manus suas aut manicas ip̄ius indumenti teneant. Calicē ante oblationem super corpalia non componant. sicut post oblationem fieri consueuit. sed ip̄m vsq̄ ad oblationis tempus. ad corporalium teneant latus. Circa consecrationem inter cetera solerter ꝓuideant. vt cū hostia fuerit consecranda. ita parum ⁊ caute in p̄ncipio eam leuent. quasi scutum sibi de manibus. dep̄sso aliquantulum pollice facientes. quod si fieri potest ante consecrationem. vt a circūstantibus videri nō possit ne a simplicibus adoretur. qui quāto citius eam viderint in manib⁹ sacerdotis. incaute nondum consecratā adorent. Cuz autem consecratio fuerit consummata. hostiam sine mora notabili duabus manibus quantum expedit vt ab hominib⁹ possit videri. cum om̄i reuerentia eleuantes. tam in eleuando q̄ in reponendo debitam maturitatem seruent. nec post eleuationez vl' ante osculentur eandē. Si sup altare viaticum celebrant. ꝯsecrationē facturi manum cū hostia cōsecranda sup ip̄ius altaris viatici lapidem teneāt. ne fiat consecratio iuxta ip̄m. Circa sumptionē sanguinis caueant. ne ip̄m sumendo vel calicem exguttando. ꝑ nimiam extractionē tumultū quendā vel sibilum cum labijs faciant. aut p⁹ sumptionem digitos lambant. Erit etiam tutum si dum calicem sanguinē sumunt. calicem tenentes cū dextera. decenter ei patenam cū sinistra supponant. sanguinē si quid effundi contigerit recepturam. sup quaz si frangi corpus dominicū aut reponi cōtingat. ip̄a deinde vino ⁊ aqua vel altero sufficienter debet infundi. Incongruū ⁊ indignum vt patena post christi corpus sanctissimū cōmuni tactui pateat nō mūdata. ⁊ rebus quibuslibet licet mundis sine differentia exponatur. Si sentis aliter. credo vt post patene vel calicis aut corpalium tactum. nō sunt manus cōmunicande communib⁹ ante factam post tactū huiusmodi lotionem. Si calicis petatur mūdatio ꝓ infirmis. p̄mam nullatenus aut secūdaz ꝑfusionem exponant. sed p̄us semꝑ mūdationibus solitis ꝑfectis. aliud denuo vinū calici apponat̄ petētib⁹ indulgendū.

De disciplina circa ea q̄ ad corpus sunt.

Capitulū XVIII.

Habito de disciplina circa spūalia. sequit̄ de ip̄a circa corpalia. Et p̄mo circa ea q̄ in nob̄ sunt. Scd̄o circa ea q̄ extra nos sunt. Respectu eoꝝ q̄ in nobis sunt. primo videnduz est de disciplina respectu toti⁹ corpis q̄ntū ad gestū. secūdo respectu partiū corpis quātū ad actum.

Et p̄mo respectu lingue q̄ntum ad duo opa nature. in quib⁹ cōgruit officiū lingue. scz quātū ad loquelā ⁊ gustum. Secundo respectu manuū. vt in exercitio manuali. Tertio respectu pedū. vt in incessu.

Quarto respectu membroꝝ oīm. q̄ntuz ad aliq̄ ip̄orum officia. Ad hoc circa ea que extra nos sunt. Primo quātū ad ea de ꝓpe. vt est vestꝫ ⁊ habit⁹. Scd̄o q̄ntuz ad ea que de longe. vt sunt officine.

De disciplina in gestu.

Capitulū XIX.

Circa disciplinā in gestu. q̄ modus ⁊ figuratio mēbroꝝ et corpis dicit̄. duplex est custodia adhibenda.

Prima est vt vnū mēbrū alteri⁹ officiuz nō vsurpet. aut ei⁹ mīsteriū sui admixtiōe ꝯfundat. Si os loquit̄. caput nō agitetur. man⁹ nō moueat̄ ⁊ sic de alijs. vt dū alterū membrū opatur. alteꝝ quietū oīno ꝑmaneat. aut si opa eius necessaria illi esse cognoscunt̄ ad opandū. ordinate moueat̄ Secunda est custodia discipline ī gestu. vt q̄dlibet membrū in eo qd̄ facit. debitū moduz

teneat. nec tempantie limitem aut honestatis formā excedat. Hoc est. vt in paucis exemplificem⁹. ridere sine aptione dentiū. videre sine defixione oculoruz. loqui sine extensione manuū. sine cōtorsione labioruz. sine iactantia capitis. sine eleuatione supciliorum. incedere sine modulatione gressuum. sine ventilatione brachiorū. sine gesticulatione scapularū. iacere sine deiectione membroz. sedere sine alterutra supiectiōe pedum. z sine alterutra accubatione latez. sine diuariatione seu dilatione cruriū. sine extensione vel agitatiōe tibiarum. Hem pe honestum et humilē fratrem femori suram imponere. vel pedes palaz cancellare nō decet. Arcendi vel in publico gestus inepti. Gestus deniq religiosi debet esse humilis seuerus z grauis. Est enim reprehensibilis gestus. si supbiam. si mollicie. m. que nunc p lasciuiā hilaritatem dissoluit. nunc p nimiam deiectionem infatuat. aut si etiā leuitatem ptendat. Turpis in humilitatis pfessore supbia Feda prorsus in humili habitu. gesticulatio fastuosa. Sic nō est viri muliebrem dare molliciez. puerili leuitate. Grauitaz modestia multam affert seruata moribz honestatem. neglecta. maculāz cōtemptū. Mortificata fm apl'm sup terrā membza. gestus debēt mortificatos habere.

De disciplina in modo loquendi. XX

Disciplina loquēdi tam in modo et quida quādo loquēdū sit discretione. q̄z in verboruz religiositate attenditur. Modus in gestu z sono considerari potest. Loquētis gestus debet esse modestus z humilis. sonus demissus z suauis

Modestiā debet habere gestus loquentis. vt nec inordinate. nec turbulente inter loquēdū membza moueat. nec oculoruz nutibus. labioruz contractione. vel altero non decenti alterationis modo. vultus honestatem deformet. aut faciem ipam mollicie quadā resoluat humilitatis ostentu. sed in eadem vult⁹ constantia semp pmanēs. seueritatē benignā z constantē. z quodāmodo rigidā benignitatē ptendat. In facie siquidez homis speculū discipline relucet. cui tanto maior custodia est adhibēda. q̄nto minus qđ in ea peccatū fuerit celari potest. Uetat quoq loquentē gest⁹ modestia. ne si hominib⁹ notabili quadā supplicationū. pfunditate incuruet. aut eius cui loquitur vultui nimis instet. ne inhoneste q̄dem in eius faciē alitus aspiratione insufflet. aut alitu ipo post vinū potatum maxime narium sensum offendat. Loquenez alitus vultui auditoris et naribus viciose prorsus ingeritur. Debet etiā gestus humiliratem sup modestiam vult⁹ hilaritatez ptendere. Non⁹ debet esse demissus pariter z suauis. quia clamositas z verborum asperitas. locutionē religiosi plurimū q̄dē z dedecet z deturpat. Discretio quando loquendum sit necessaria est. qz et ore fatui etiā parabola reprobat. quia non dicit eaz in tempe suo. Sapiens quādo loquēdū z quādo tacendū sit. prudenter considerat.

Est autē iuniorib⁹ fratribus semp fere int' seniores ad interrogatōnē tacendū.

Adolescens ait scriptura. loquere in tua causa vix cū necesse fuerit. si bis interrogatus fueris. habeat caput rñsum tuū. Silet etiā a bonis ꝓpheta. Ergo q̄uis de bonis sanctis z edificationū eloquijs. pfectis discipulis rara ꝓcedit loquendi licentia. Hā loq̄ z docere magistrū ꝓdecet. tacere z audire discipulo ꝓuenit. Loquēte alio nō loquant. aut ꝟba vnq̄z loquētiū intrumpant. Nec mordaciv' importuno insultu. socioz locutionē inpugnēt. Stultoz ꝟ q̄ nec lingue parcere nec socijs deferre nouerunt.

Si q̄ etiā mutua se collatiōe impediūt. p impositionē silētij z aliā penā ꝓdignā merito reꝓmunt. Religiositas debet i locutione ꝟuari. vt sit fmo veridic⁹ z purus. sit honest⁹ z dulcis. De veritate fmonis sapiens dicit. Ante oīa ꝟbū verax pcedat te. Hō solū mēdaciaz q̄ crimīosa sunt. vetetiā locutiones yperbolicas z aliq̄ duplicitate notabiles. penit⁹ vitent. Loquentes de dubijs aut futurz nunq̄z absolute loquant sed in hmōi oñib⁹ sp ꝓditionē apponant.

Precisa ꝺ idifferētib⁹ ꝟba. fligio ñ ꝓsentit.

Hō est alieno viuētis arbitrio de cōtingentib⁹ negare vl' asserere absolute. Hō facile de auditz sententiēt. licet ꝟitatē sentire se putent. Sint ad rñsionē tardi. ne p incōsiderationē falsuz aliqđ vel indisciplinatū. pferāt ꝟbū. Debēt etiā pure loq vt in eoz ꝟbis nec iactantia nec detractio vel malicie alicui⁹ aut vanitaz admixtio vale/

at inuenirí. Nunq̃ de scía vl̃ de secl̃i sta/
tu se iactent. Erubescãt dicere de absen/
te. qđ cũ caritate nõ possent dicere corã ipo
Uñ sctũs Benedict⁹. Murmurare aut cõ
queri nescíãt ante oñia. ne murmuratiõis
malũ p qualicũq̃ causa ĩ aliq̃ q̃licũq̃ signo
verbo vel signatiõe appareat. In verbis
suis aut lr̃is siq̃s aliq̃n dirigũt puerilibus
vel adulatorijs nõ vtanť blandicijs. sz tã/
q̃ religiosis suã breuiter ꝛ veracit intentio
nem exponãt Honestatẽ habeat locutio
si ꝛ illius q̃ loquit̃ ꝛ illoꝝ quibꝫ vl̃ de q̃bꝫ fit
sermo ꝓueniat dignitati. Ociosa vero io
culatoria. iuratoria. ꝓtentiosa. maledica vl̃
alias secularia ꝥba. nec pura sunt q̃dez. nec
religiose ꝓueniũt dignitati. Fuge vt ait
sanct⁹ Berñ. inter secl̃ares sunt nuge. ĩ oze
sacerdotẽ blasphemie. Interdũ si inter/
cidant ferende fortassis. referende nunq̃.
Os iam talibꝫ aperire illicitũ. assuescere
sacrilegiũ est. Fede ad cachinnũ moue/
ris. fedius moues. Dissuesce a vaniloq̃o
linguã. qui ad ꝓfectum religionis aspiras.
Processurus in publicuz. p̃muni teip̃m
ꝛ animo statue. a verbis inanibꝫ abstinere.
Prouide tibi anteq̃. pdeas vtile aliquid
vnde si expedierit sermo texatur. familiare
prudenti ꝓsideratiõe oñia p̃uenire. Cõ
fert ad singula fuisse p̃munitum. Si di/
gnum quippiam relatione non habes tace.
cutius ꝛ humilí⁹ audis q̃ loq̃ris. Nõ af/
fabilitas oportuna. sed loq̃citas ociosa dã
natur. Jurare vero nũc p caput nunc p
sctõs vel alio q̃uis modo. xp̃i q̃ ait. sit ſmo
vester est est. nõ nõ. discipulo mime ꝓgruit.
Rursus indignũ penit⁹ seruis dei. mu/
liercularũ more ꝓtẽdere. Si resistẽtie ĩ/
cidant ꝥba. cedẽdũ ꝓtinuo resistẽti. No
nor est homi q̃ sepat se a ꝓtentiõibꝫ Nun
q̃ discendi vt dicãť gra litigẽt. sciẽtes ad se
ꝥboꝝ ꝓtentiões nullo mõ deinceps ptine/
re. Nõ põt esse q̃n ꝓtentio aliq̃d qđ ꝓtra
ꝓsciam dicãť extorqueat. Ergo inť dei ser/
uos collatio nõ altercatio dz esse. Per/
uersuz est maxie si ausu dãnabili ad iniuri
osa vl̃ maledica ꝥba q̃ ſm apl̃m a dei regno
excludũt. os religiosi laxeť. aut diaboli no/
mẽ ad inuectionẽ assumat. vl̃ in cõi locutio
ne freq̃ntet. Sũt q̃daz q̃ leuissima puta/
renť. si nõ in scripturz demõstrarenť opini/
one gulosa. Quis enĩ dicẽtem fatue fri suo
reuz gehẽne putaret nisi ꝓbitas hoc diceret.
Pessimũ hũc loq̃ndi vsuz q̃i p affabilita
tis solatio salutz aduersarí⁹ introduxit. vt p
eũ modice occasiõis accessu. stultz illudens
eos freq̃nť in quis lapsuz offense ipulsu le
uiori p̃cipitet. ꝛ dignitatez stat⁹ colluuio. i.
sordidatiõe vilificet. Pudeat eos rumi/
gerulos eẽ. aut ꝥboꝝ secularíũ delatores.
Nihil inť socios seminẽt. qđ ifirmos ani
mos dissoluere valeat aut turbare Reus
est dõ ꝛ ordini q̃ temerario diffidentie ꝥbo
ꝓscíaz pcurit ifirmoꝝ Preterea siue fri siue
extraneo siue magno siue paruo loq̃nť sp̃ ĩ
ore ꝥbi dulcedinẽ hẽant. Oẽm ad oẽs ſm
apl̃m mãsuetudinẽ oñdẽtes. Nunq̃z suo
ptextu ꝓstãtie vl̃ zeli cũ cõitatz iniuria in ꝥ/
ba ꝓtumeliosa. prũpãt. Sepe ei meritũ
lingua imoderata ꝓfũdit. Turpisq̃ defen/
sio q̃ iniurijs vtiť. Habz fast⁹ p ꝓstantia
impetũ. p rõne iniurias. sz ligua eucharis ĩ
bono boie habundabit.

De disciplina circa comestionem. Capl̃m XXI.

Ad hec debẽt cũ timore dei comede
re disciplinã sp̃ tã in mõ se bñdi q̃z ĩ
cibo ſuãtes. vitãtes nihilomin⁹ q̃sdam mi/
n⁹ decẽtes secl̃ariũ ꝓsuetudies sup mẽsam.
Placet l̃ pauca ꝺ singul̃ exẽpla subnecte
re. q̃ ad ſiliuz ꝓsideratõez trãsmittãt. Do
neste se vñt hze. vt dũ comedũt aut bibũt se
deãt. bibẽtes cũ duabꝫ mãibꝫ cipũ teneãt.
mẽbroꝝ agitatõez ꝛ q̃rũdã anhelationũ vl̃
labioꝝ tumultũ. q̃ aĩ notãt intpantiã vitẽt.
ocl̃os a circũspectiõe. linguã a locutiõe co/
hibeãt. Oculoꝝ custodia inť epulas. ꝓpte
rea necessaria ẽ. qz nõ decet p̃cipue vtragos
hẽant ocl̃os. neq̃ curiose. Et vt ãpli⁹ dicã.
impudenť q̃ apud alios agũť circũlustran/
do ꝓspiciãt. sz vt potí⁹ pudice demissis lu/
minibꝫ. ea tm̃ q̃ sibi añposita sunt attẽdant.
Loq̃ ꝥo seu musitare ad mẽsaz vbi silẽti
um ẽ fuãdũ. turpe viciũ ẽ. Declinãda mu
sitatoꝝ societas. q̃ legz licz bõestate phibu⁹
lingue tñ nõ valet volubꝫ retinere. Si
q̃ñ etiã extraordiarie bibũt. siue assint siue
nõ assint extranei. q̃z diu bibiť sileãt. Cul/
pãda nimis ꝥboꝝ mltiplicatio iuxta potũ.
In cibo tã ĩ q̃litate q̃z ĩ q̃ntitate ip̃i⁹ q̃z in
mõ moraq̃z ac freq̃ntia cõedẽdi disciplinaz
obſuẽt. In q̃litate vt nũq̃z p̃ciosa l̃ delica/
ta. nunq̃z ciboꝝ aut p̃parationũ diuersitates

affectent. ꝓpicium ad delicata palatum. curiositas quedã honestatꝫ postpositiua declarat. Ut verbi gratia. si quis ex vicio meliora de cõmuni eligat portõne. vt quod in pane sapidius. vel in alijs viderit melius ipe sibi accipiat. si a maioribus panis frustum accipiat. minoribus si assunt licet minus delicatis. sine rõnabili causa dimissis cum panis vel res alia quãto magis ad integritatem accedit. tanto ad mensam ipam valeat honestius reportari. Si ad maiorem saporis delectationem in pane inuenientem. ipm inordinate frangendo circũcidendo vl micatenus excrustãdo deformet. Si vinum cũ aqua temperare non curet. Si longum ꝛ interpollatuꝫ faciat haustũ. Si salsam cõmunem panis appositiõe consummet. aut eam incõgrua toto vase transuerso. vel circulari venatione vendicet. cuꝫ sit magis in medio intingendum. Sicut eñ apud honestos quosdã in seculo imputatur si corrosionibus ossiũ curiosius insistas. aut carnes ꝑ magnos notabiliter bolos ꝓter exigentiam scindas vel edas. aut dum scindis. scissum imediate morsellum anteꝯ in cõmuni loco posueris ꝓpias. a mera cõmuni iuxta vulgare puerbium nõ curando discrepas. aut tactu more palponis electum post tactũ relinquas. vel simile quippiaꝫ actites. sic religiosis est indecẽs si in his que sibi ꝑ tempe cõueniunt cibis. notam gulositatis non vitent. Si quãdo cos ieiunij tempe vino confecto vl simplici ante comestionẽ vel siue añ siue post. herbis seu specieb⁹ infirmitas vti coegerit occulte huiusmodi si potuerint sumant. ne simplices idem sibijpis absꝯ sufficiẽti necessitate licere putãtes. ad soluendũ ieiunium suo incitentur exemplo Est insup diuersitas respectu cibi ꝛ ꝓparationeꝫ vitanda. nihil ad mensam speciale apportent. vel in mensa requirãt ꝓter sal ꝛ aquaꝫ. que possunt semp cum honestate requiri. Priuãdus cõmunibus q̃ specialia in cõmunitate vsurpat. Cõmunibus igiꝫ discant esse contenti. Os suum ad omnia que alij comedunt assuescant. vt si fieri potest nullũ omnino repudient seu abhominenꝫ cibum. Grande vicium si potagium ꝛ cõmunia respuas. vt in specialibus lautius ꝑcureris.

Porro modo mollia. modo dura. modo frigida. modo calida. modo frixa modo elixa pregnantes solent appetere mulieres. ꝓuidenter autem sobrieꝯ conuersanti satis est ad oñe condimentũ sal cum pane.

Debent etiam excessum in cibis et maxime potus quantitatem vitare. vt crapula vel satietas nimia non subrepat. Nihil sic contrarium omni christiano quomõ crapula. dicit sanctus Benedictus. Amplius quoꝯ qualiter hoc est. ꝯ decent. mũde ac temperate sit comedendum attẽdant

Decentie detrahit. qui cibum in ore habens. vel ciphum in manu detinens loquitur. qui in manu armata cultellum habente. cibum ori ministrat. vel ei nonduꝫ expedito a cibo. potum nihilomin⁹ ingerit. aut dum bibit vel comedit caput tenet in capucio ꝓfundatum. Mundiciaꝫ debent ad ꝓprium et sociorum cibum et ad mensam ipam super quam comeditur obseruare.

Mundicie simul ac decentie gratia cauent. ne in parabside cipho vel ouo ꝓmorsum aliquid iterum comesturi reponant.

Fede tuorum reliquias dentium alicui cuilibet cibo immisces. Nunꝯ ciphum cum digitis. potagio vel alio quolibet mandatis accipiant. aut pollicem poculo immergant. nec super potum in cipho vel super cibum quemlibet sufflent. Indecenter agitur si digitos quis immittit potagio et offas vel olera nudis articulis cochlearis vice piscatur. si superfluitates piscium ꝛ similia ex ore proijcit super mensam. vel nuces alijꝯ sibi frangit cum dentibus. Si nudã manum in mensa naribus emungẽdis. vl carni nude scalpende apponit. vel manũ ipam ad vestimenta detergit. Cauendũ quoꝯ ne quis ante faciem circũstantiũ fratruꝫ ꝓ sale vel alijs necessarijs q̃ a fratribꝫ tradi pñt manũ extẽdat sup mẽsaꝫ. ꝛ eorcibuꝫ cũ manicis seu habitu suo tãgat. Scindẽdus etiã panis pectori seu vesti cõi non est sine interpositõe toalie applicand⁹. Mũdicia mẽse requirit vt mẽsale neq̃ꝯ freq̃nti vel supflua detersione cultelli vel manuum deturpetur. purgandis maxime dentibus nullatenus exponendum. Fedum et vile. mappas ꝛ manutergia fratrum communia dentium fricatiõe fedare. Qui conuentualia deboneſtat. cõmittit vticꝯ in conuentũ.

Temperantiam manducandi ait Du-

go.intelligimus in eo q̄ si homo tractim ꝛ non cum nimia festinatiõe comedit. Festinatio in inchoatione et prosecutione comestionis attenditur quando videlicet in initio mense statim absq̄ orationis alicui⁹ pambulo ad cibum manus extenditur.aut cum quadam voracitate comeditur.si prius cibum ori ministras q̄ alio sumpto fueris expeditus. Ceterum per morosam comestionem congregationē detinere ad mēsam.aut si quando extra conuentum bibitur.iuxta potum moram contrahere. non est decens. Vnde per sapientem sobrio dicitur.Cessa prior causa discipline. In comedendi ꝛ bibendi frequentia seruanda ē diligenter temperantie disciplina. Sane post refectionem ad potum redire.aut per diem in domo ex viciosa consuetudine.aut quod turpius est post completorium bibere.non mediocris vicij notam habet. Honestius ad mensam quantum indiges bibis q̄ bibendo per diem meriboli morem geris. ¶ Fructus vel aliud quodcunq̄ extraordinarie secularium more comedere.patens est gulositatis indicium. Si quidem extra duas vices in die nisi necessitate cogente in domo vel extra comedere puerorum imo pecudum est. Senex legem in vicibus comedendi non seruans fertur p angelum.asino comparatus. Ad collationem tempe faciendā ieiunij duabus tantum vel tribus si indiges bibere vicibus. temperantie congruit et honestari.

Studet sobrius quandam temperātie legem.in ipis etiam necessarijs obseruare. Denicq̄ quorundam secularium in faciendis cõuitationibus.in fragmentis ꝛ huiusmodi consuetudines vitent ad mensaz. Non scinuicem facile conuitent.sed comedat vel bibat vnusquisq̄ p sue arbitrio voluntatis.quantuz necessitati sue melius sibi nouerit q̄ alij viderit expedire. Cõgrue tamen senior verecundantes forte vl' nimium abstinentes iuniores inuitat. Sapor ꝛ potagium pgustata.vilium quoq̄ seu quorūlibet ciborum reliquie. vt ouū vnum.tantillum ve pitantie. si ventre iam satiato supersit. indecenter cõmensalibus maxime senioribus ingeruntur. Encenia per mensam non mittant. A fragmentis et reliquijs caueant.sed de pane ꝛ alijs ita sibi prouideant mensurate. vt coram se vix micas relinquant. In potagio tamē aliquid interdum honeste relinquunt. id sibi pauperum ꝛ temperātie gratia subtrahentes. Verum et siquid forte relinquere.non tamen vt paterfamilias ad erogandum congerere pmittūtur. Pro socijs aut vix aut nunq̄.maxime circa finem refectionis panem vel aliud scindant.aut potum in cipho ponant.nisi saltem quantum ipsi soli comedere vel bibere valeant.si alij quibus hec offerunt non acceptant.

Nunq̄ pro buccella vt dicitur panē.tūc integrum scindant.presertim si apud socios fractum inueniant. Si cibum communem habuerint.qui bibere voluerit nō amplius de potu apponat q̄ possit bibere vna vice. Inter reliquias que aliquādo fiunt.inutile aliquod vel nociuum vt que de nuce.ouo.castaneaq̄ proiecimus.alia q̄q̄ huiusmodi nullo modo relīquant. Murilegos vel aues ad mensam non pascant.cum nec in refectorio debent sustineri. Possunt cum dictis ꝛ similia circa comestionem attendi. Veruntamē sūt nōnulla.que licet cõmuniter viciosa putent. interdum tamen inter domesticos in spiritu caritatis sine vicio exercentur.

De disciplina in opere manuali. Capitulū XXII.

AD disciplinam circa exercitiuz operis manual'.quod videlicet manuali opere corpaliter exercetur seruandam.necessaria est discretio.diligētia ꝛ honestas. Est habenda discretio circa op⁹. vt quod faciendum est discrete fiat.

Discernenduz est primo.vt inutili operi necessarium.bono quoq̄ melius.ꝛ meliori optimum preferatur. Iuuare frēm cū indiget multū vtiq̄ opi peculiari pōderat.

Rursum celebrare volenti.iuuamē subtrahere.maiorem q̄ pluribus alijs offensam esse quis ambigat. Est etiam discernenduz.quod opus quo tempe fiat. Nonnulla siquidem in festis diebus non fierēt. que in profestis bene fieri possunt.

Videtur igitur in operibus distinguendum.Sunt enim exercitia quedam q̄ necessitati quotidiane inseruiunt.vt est cibo/

rum preparatio necessariorum ad diē vten/silium coquine ablutio.et consimilia q̄ om/ni tempore fieri solent. Sunt quedam alia que in diem alteram differri possunt.vt est scribere in quaterno.tunicas cum ꝑgis ex/cutere.caput abluere.ceteraq̄ alia a quib⁹ est diebus dominicis et festis precipuis ab stinendum.ob sacri reuerentiā temporis.

Festi nanq̄ dies per honestum quietis ocium.alij vero dies per laboris debiti ex/ercitium honorantur. De quo Hugo. Quantum air addit decoris diebus festi/uis dies vacationis.tantum ornamēti con fert ceteris diebus studium boni operis. ita vt in illis quisquis noluerit esse quiet⁹ index sit sue vanitatis.et in istis qui nō fue rit laborios⁹ testis pigricie.

Carnales siquidem mentes ne vel in il/lis diebus quiescant.vanitas exagitat. Ne vel in istis in bono ope se exerceant. pigri/cia ligat. Deinde quasi concludens sub/iungit. Quapropter non negligenter ha/benda est in bono opere discretio tempor quia sicut malum opus nullo tempore lau dabile est.ita etiam bonum opus quodā/modo reprehensione dignum iudicatur.si tempore oportuno factum non est.

Diligentia in opere ex promptitudine operantis. et deuota fideliq̄ operandorū executione dinoscitur. Diligentie huius modi promptitudo non in opere manuum tantū.imo in conuentuali quolibet maxi/me locum habet.Quicquid pertinet ad cō uentū.id precipuo diligentie studio ē agen dum.Sint ergo precipue ad conuētualia exequenda promptissimi.nunq̄ tarde ad opus dei vel ad mensam occurrant.

Unde sanctus Benedictus. Ad horaz diuini officij mox vt auditum fuerit signū (relictis omnibus que in manibus fuerit) summa cum festinatione curratur.cū gra/uitate tamen vt nō scurrilitas inueniat fo/mitem. Ergo nihil operi dei ꝓponatur.

Ad mensam autem qui p negligentiam non occurrerit ante versum.vt simul om/nes dicant versum t orent.et sub vno om/nes ad mensam accedant.Si vsq̄ ad secū/dam vicem correptus.emendare neglexe/rit.iuxta sancti decretum a cōmunis est mē se participatione arcend⁹.vt solus a cōmu/ni consortio sequestratus reficiatur.sua ei de vino si fuerat habiturus ꝑtione sub/lata. Digne quidem a cōmuni refectione re/pellitur. qui se p vicium a cōmuni oratiōe secludit. Absit a seruis dei vicios⁹ huius consuetudinis turpitudo.vt conuentuale aliquod diuinum ꝑsertim officium alter⁹ pretextu cuiuslibet. tardo accessu vel certe abscessu propter opera dehonestent. Ut tardus accessus.sic ante horam recessus si/ne graui ꝑsumptus necessitate arguitur

Impatientis t vani signum est homis in cōmunibus anticipare recessum.nec o/pus dei posse in choro finetenus expecta/re. Si monachum sancto narrāte Gre/gorio.post completum officiū cōtinuo re/cedentē.visus est demon ab oratorio retra here.quid de his qui nec ipius expletionē officij ꝑstolātur. Haud dubium conuentu alis vbilibet decorem integritatis negli/ge re.inexcusabile prorsus remissionis est vi/cium. Ad vicium autem vix occasio de/erit.si quelibet admittatur. Omnes de/niq̄ fratres labores non ex sola consuetu dine vt vitula docta trituram diligere.sed ex animi deuotione sectentur.vt in cōmu/nibus sit feruoris affectio specialis.

Conuentualem vitam vt sanctissimam imo angelicam toto affectu animi ample/xantes.ei tam continua q̄ deuota ꝑsecuti/one adhereant.Quantū ad officium men/sam t alia.vix nisi coacti a conuentus con/gregatione recedant. Tantam deus cō/uentui efficaciam contulit bonitatis.vt ibi augmentum suscipiat boni bonus.aut re/niam mali malus. Dulcia in conuentu bo na ꝑsentibus conferūtur.absentib⁹ subtra huntur. Saul ad conuentum psallentiuz ꝓphetarum accedens.ꝓpheta efficitur.ex/tra conuentuz factus quertitur. Thomas discipulorū absens conuentui visionis do minice consolatione fraudat. quā ad colle gium reuersus assequitur. Discipuli pariē congregati spiritūsanctum accipiunt. In conuentu dominus habitat et quiescit.ibi deuotos quosq̄ vberioz gratie pabulo re focillat.ibi q̄ plures negligentie p̄sonales in diuino maxime officio subrepētes.ꝑgre gationis cōmunione suppleantur. Ibi quod suis quisq̄ non potest.aliorum merit⁹ obti nere meret. Cetera ad maiora dom⁹ offi/cia vicz hospitalarie.refectorij.infirmarie.

lectionis ad mensam et huiusmõi ꝓncipali
ter et continue facienda. nouicios fratres
assumere. ꝓuida religionis ꝙsuetudo nõ
habet. Si tamẽ quãdo ꝓtingat eis aliqua
huiusmodi officiorũ. vel ad horaz cõmitti.
magna debent deuotõe suscipe. z ad faciẽ/
dum ea mãsuete. velociter. acceptabiliter.
integre. circũspecte. magnã debent diligen
tiã adhibere. Mansuete ꝫ est sine mur/
mure et displicentie signo. Fili ait sapiens.
In mansuetudine opera tua pfice. Est
in ope bono necessaria strennua velocitas.
De qua Sapiẽs dicit. In opibus tuis e/
sto velox. Velocitas hec maturitatẽ nõ re/
mouet grauitatẽ. sed viciũ tarditatis exclu
dit. Est etiã acceptabiliter operandum.
vt quibus ministrat. put honeste fieri pote
rit satis fiat. Optabat Apostol⁹ et orari
rogabat. vt oblatio sua fieret acceptabilis i
hierusalez sanctis. Magnus pfectus est
ei. cui⁹ ministerio multi leti facti deum lau/
dant. Integritas in ope bono requirit.
vt nõ diminute. nõ ad euasionem vel quasi
ad oculũ sed pfecte vt res exigit fiat. Cir
cũspectio in obsequijs put officiorũ requi/
rit varietas est habẽda. quod ꝑ exemplũ in
vno officio meli⁹ patet. Si quãdo refe/
ctorarij vicem gerãt. que ministranda fue/
rint. tempe cõgruo. et mõ debito ꝑparata
ministrent. z religiose distribuãt. ne in men
sa defectus. vel circa ministeriũ ſ;ũ minus
expediens aliqd accidat. puisuri. Omni/
strenk itaqꝫ necessaria tempestiue. Tur/
pe est si ꝓpter vnius defectũ tota cõgrega/
tio expectet. Sic z oĩa siue fruct⁹ siue sa/
pores siue alia comedentibꝫ congrue appo/
nenda. ꝓuſqꝫ fratres ad mẽsaz intrauerint
ꝓuide apponũtur. Conferendorũ colla/
tio successiua ꝓuentũ sepius detinet. imput
anda si qdẽ causek ex negligentia ministro
rũ. Ad mensam vero quicqd apponik. ꝑ/
paratũ vt decet reficientibꝫ offerak. Auces
si dande fuerint ꝓus frãgank. herbe crude
si apponende fuerint mũdenk. z sic de alijs
obseruek. De omnibꝫ que apponunk. sua
cuilibet si fieri potest portio singulariter tri/
buatur Sunt rurigene q̃ nec a prelatis
discreta. vel ab extraneis sorte distinguãt.
Cõmunia maxime vt sal z aqua mẽse nõ
desint. q̃ in ꝓmis puidus minister appo/
nit. Aqua nõ solum ꝓ temperãdo vino.
ũno z sepe. ꝓ alijs necessaria est in mẽsa.
Cocleria quoqꝫ sunt ad omne potagium
oportuna. ne in parabside cũ digito pisca/
ri oporteat. z ne iurta Hugonẽ in eodẽ iu/
re z manus ablutionẽ z ventris refectionẽ
videak querere. Hurilegos vel aues q̃
tenenk alicubi cõtra ranas nullaten⁹ esse i
refectorio dũ fratres comedũt patiantur.
Nec eĩ hoc est expediẽs vel honestũ. Sic
z in alijs circa istud vel aliud quodcũqꝫ si/
bi impositũ officiũ sint intenti. Scriptum
est eĩ. Cuncta cum diligentia facite. Et
iterũ. Agite diligẽter z erit dñs vobiscũ in
bonis. Sic ageris in timore dei fideliter i
corde pfecto. Honestas in opatione ser/
uatur. si oĩa que agunk cũ maturitate ac
religiositate quadã exerceank. z in oĩibꝫ ni
tor inueniak mũdicie. Hoc eĩ religiosum
maxime decet.

De disciplina in incessu.
Capitulũ XXIIII.

Disciplinã circa incessuz. penes mo
dũ z discretionẽ in ambulãdo cõsi/
derent. Honestus eĩ mod⁹ req̃
rit. vt nõ impetuosis z fractis gressibꝫ am/
bulent. nec erecta ceruice. nõ ꝓminenti pe/
ctore. seu etiã inclinato sup humerũ capite.
aut vagabunde pendentibꝫ manibꝫ. q̃ om/
nia vel leuitatẽ vel supbiam vel remissionẽ
vel hypocrisim sapiũt. Debent etiã i eun
do discretionẽ habere. ne de illorũ numero
censeank. de quibꝫ dicik ꝓphetã. Nõ est iu/
diciũ in gressibꝫ eorũ. In eorũ gressibꝫ non
inuenik iudiciũ. qui eundo necessitatẽ vl' or/
dinem nõ attendũt. Necessitas discursum
inutilẽ. Ordo inordinatiõis ꝓfusionez ex/
cludit. Discursum igik ꝓ domũ. ꝓ hortũ.
et extra domũ. qui magnũ est instabilis mẽ
tis indiciũ. caute vitent. In domo. ne scili/
cet officinas. de loco ad locuz. de fratre ad
fratrẽ inutiliter euagenk. aut loca rumori/
bus audiendis. vel collocutionibꝫ apta fre
quentẽt. sed in locis sibi cõcessis. vt sunt ec
clesia. celle. capitulũ si extranei affuerint. vl'
alijs locis si qua sibi fuerit specialiter depu/
tata cũ silentio residentes. Officinis priua
tis. puta vbi cibaria ꝑparank infirmi vl' ho
spites recreank. aut fratrũ congregatiõi. vl'
comedentibꝫ et bibentibꝫ se nullaten⁹ inge
rant nõ vocati. Erubescant ꝑcipue ad refi/
cientiũ mensaz accedere. vl' eis nisi ꝓ euidẽ
ti misterij necessitate assistere. Effrontis est
bois nõ erubescere comedẽtes. Verũtũ si

quādo eos loca sibi nō concessa necessitas adire cōpulerit. ad ostium pulsare aliquā/tulum possunt. vel vt aliquis egrediat̄ ad eos. vel ip̄i vocati securius ⁊ honestius in/trent In hortū nō vadant absq; licentia nisi eos vel ab aliquo ꝓfesso mitti contige/rit aut vocari. ad loca sua postq̄ ab eo re/cesserint. vel eius negocium fecerint. q̄ci/tius reuersuri. Veruntamen eorum in/structor iuxta supioris dispositionem. nūc hos. nunc illos. aut etiā om̄s simul ad spa ciandū in horto causa recreatiōis. vl' alicu/ius bone collatiōis poterit ꝑ se vel ꝑ alium fratrē ꝓfessum cū expedire viderit vocare.

Tempe ꝓbatiōis domū exire ꝓpinquos suos visitare nō curent. nec eni inter cogna tos ⁊ notos domin⁹ inuenit̄. Vñ Bernar dus. Quō te bone iesu int̄ meos cognatos inueniā q̄ int̄ tuos mīme es inuent⁹ Si qñ domū q̄uis de supioris licētia exeunt. nihilomin⁹ tamē idip̄m significent suo in/structori. qd̄ ⁊ de suis alijs notabilib⁹ fact⁹ obseruent. Ordo circa incessum est reli/gioso in cōuentu specialit̄ seruādus. vt i ꝓ/cessionib⁹ fratrē sibi collateralez attendat. vt chori sui partē in refectorio ⁊ in claustro cū ꝓ gratijs ad eccl'iam itur. ⁊ in om̄i tene/at loco. nec se ad chorū aliū vl' in refectorio vel in claustro vel alibi trāsferat. nisi causa rōnabili ꝑurgente. In eccl'ia vero inter pulpitū in medio chori positū ⁊ altare. duz maxime ibi aliq̄d dicit̄ nō facile trāseat. ni/si forte alibi liber nō pateat transit⁹. ⁊ tunc ab ip̄o pulpitu transiēs ⁊ inclinās. ne pul/pitum videat̄ venerari. nō ante ip̄m directe sed a latere decenti⁹ inclinabit. Est ⁊ or/do reuerētie ⁊ decentie ī incessu. vt nō pas/sim seniorē iunior antecedat. aut qñ vitari facile potest frequentes ⁊ nimis ꝓpinq̄s ei trāsitus faciat ante ip̄m. In eccl'ia quoq; in ter ministros altar⁹. sub diaconuz videlicet dyaconū ⁊ sacerdotez in officio suo solēnit̄ ministrātes. necnō ⁊ ante frēs infra deam/bulatoriū sediliū ⁊ formarū. min⁹ honeste ꝑter necessitatē trāsit̄. Sed illud deam/bulatoriū intraturi. ad vacua debēt sedilia ꝑ introitū sedilib⁹ ip̄is ꝓpinquiorē accede/re. nisi ob aliquā reuerentiā ꝑsonarū. si for te intermedie fuerint. sit aliter faciendū.

¶ De disciplina in gestu membrorum.

Capitulū XXIIII.

Est in alijs membroꝝ corꝑis siue oculorum siue oris. siue brachiorum. ma/nuumq; officijs discipline studenduz. De quib⁹ adhuc aliq̄ breuiter supponentur.

Amatores igit̄ honestat⁹. oculos ab in/ordinata euagatiōe ⁊ exaltatiōe in mēsa et ī choro ꝑcipue diligent̄ custodiāt. ⁊ Scri ptū est em̄. Oculi stultoꝝ in finib⁹ terre. Et dilatatio cordis est exaltatio oculoꝝ. Le uat quidā ꝓpheta oculos vt petat auxiliuz. dñs vt impendat. Tu quoq; si locū cau sam ⁊ tp̄s ꝯsiderās. tua vel fratr⁹ necessita/te oculos leuas. nō solū nō culpo sed pluri mū laudo. hoc em̄ excusat miseria. illud cō/mendat miscd̄ia. Sin alias nō ꝓphete. non dñi sed dine vl' eue. imo ip̄i⁹ sathane te imi/tatorē dixerim Nō sint in risu faciles. nec in voce clamosi. Cachinus ꝑcipue. gra/uitatē religiosi plurimuz dehonestat. Vile prorsus religiosum virū vt puerū cachina re. Nō licet religiosum virū dissolut⁹ la/bijs risuz ꝓferre. sed hilari vultu cordis hi laritatē ꝑtendere. In datiōe pacis labia semꝑ claudāt. quib⁹ aptis turpiter exhibet̄.

Nares nō in alioꝝ aspectu sed ad partē. cū duorū tm̄ aut triū appositiōe digitorum emungāt. Seorsum etiā spuendū ē ma xime in cōuentu. ne loca publica siue ī cho/ro siue alibi sputo fedent̄. ⁊ astantiuz oculi offendant̄. Patet quosdam in ip̄o chori deambulatorio ad pedes suos palam fra/tribus spuere. nec pudere. A notabilib⁹ corꝑis seu membroꝝ extensionib⁹ que cuz ossitationib⁹. vel alias nō sine quadā inho/nestate fieri solent. oīno abstineant. Tunc em̄ sunt corpus ⁊ brachia cōprimēda. ne cū huiusmōi pigricia extendant̄. Honesto incōgruum viro pigra mēbra distensione resolui. Dissolutiōes fugiant manuales. grandia nāq; causant ꝑicula. soletq; luctus ludo accidere corporali. et post cōmestionē precipue se a iocositate notabili ⁊ multilo/quio studeant tempare. Siquidem licz om̄i tempe dissolutionis leuitas sit vitan/da. post refectionē tamē vl' alias cū solo fra tre et iterū coram cōuentu turpius agitur.

Turpissima est dissolutio in conuentu.

Ad hec aliū quēpiam ꝑter necessitatē ad cingulum vel manū accipe flores fruct⁹ vel baculū in manu ociose gestare. cingulū int̄ digitos voluēdo rotare. honestati nō con/sonat. imo lasciuie signuz q̄dāmō ꝑtendit. In lotiōe manuū qñ d̄ vase manuali aqua

recipiť. vas ipm nūq̄ a pte supiori precipue manib⁹ distillātib⁹. sz p ansam poti⁹ vl'a labere vel a fundo accipiāt. ne guttis manuuz aqua residua sordidet. In lecto se honestissime iacēdo cōponāt. nec supini iaceant. nec genua leuādo calcaneos iūgāt aut tibias. Hec z silia nō sūt vt mīma temere aspernāda. Clara nōnūq̄ p uersatōis insignia quedā i mimis obfuscāt ineptie Plerūq̄ modicz paulatim p curiā subrepētib⁹ maculis. tota mox p gerics inq̄nat.

De disciplina circa habitū seruāda.

Capitulū XXV

Disciplina in habitu pōt tā circa pannū q̄ circa formatiōz. coaptatiōem usus ei⁹ p tinuationē. z mūdicie p̄uationē attēdi. Circa pānū. vt nō sit p̄cio sitate. mollicie. vel subtilitate notabilis. Uestis p̄ciositatē. etiā mulieribus petr⁹ interdicē.

Quarto conſiderem⁹ chariſſimi quomodo ſ̄gnalis veteri fruct⁹ ſit copioſiſſim⁹. Recucra em̄ tā copioſus eſt q̄ animā plene pōt reficere. tā copioſus eſt q̄ oīb⁹ poteſt ſufficere. tā copioſus eſt q̄ nunq̄ poteſt deficere In p̄mo quidē copioſus. in ſecūdo copioſior. in tertio copioſiſſim⁹ eſt. Dico chariſſimi q̄ fruct⁹ iſte benedict⁹ tam copioſus ē q̄ animā rationalē quā tot⁹ mūd⁹ oīſq̄ creatura ſatiare ñ poteſt. fruct⁹ iſte ad ſatietatē reficere poteſt. Unde ſcriptū eſt. De fructu operū tuor ſatiabit terra. Fruct⁹ ventris marie eſt fruct⁹ operū tuor dñe. Tuor vtiq̄ tuor. nō humanor. non mortaliū. ſz tuorum. Tuū em̄ dñe opus eſt tāte virginis p̄paratio. tuū op⁹ eſt gabrielis miſſio. tuū op⁹ ſpiritusſancti ſuperuentio. tuū opus eſt verbi ⁊ carnis vnitio. Taliū operū tuor domine eſt fruct⁹ iſte. quia de talib⁹ operib⁹ quaſi de quibuſdā floribus proceſſit fruct⁹ iſte. Unde etiā in nazareth qđ flos interpretat bñ apparuerūt flores iſti. Dicit em̄ beat⁹ Bernard⁹ In nazareth nunciat chriſt⁹ naſcitur⁹. quia in flore ſperat fructus ꝓceſſur⁹. Terra que iſto fructu ſatiat eſt aīma humana q̄ ad modum terre ſemp eſt germinatiua. ſiue vtiliū ſiue inutiliū herbar. id eſt. cogitationū ⁊ deſideriorū. Iſta inq̄ terra fructu marie ſatiatur. ſicut ſcriptū eſt. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Quid mir̄ ſi in gloria ſatient hoc fructu fruētes cū etiā in miſeria ſatientur credentes. Unde Laſſiodor⁹ exclamās dicit. O fruct⁹ ille mirabilis qui humanū genus dulciſſima credulitate ſatiauit. Unde non guſtare peccare eſt. Uide ergo q̄ copioſus iſte fructus eſt qui animā ſatiare poteſt. quā totus mūdus ſatiare nō poteſt Itē chariſſimi fructus iſte benedictus nō ſolū tam copioſus eſt q̄ animā inſatiabilē poteſt plene reficere. ſed etiā tā copioſus eſt q̄ vniuerſitati ſaluādor poteſt bene ſufficere. Dic enim eſt fruct⁹ arboris illi⁹ glorioſe. de qua dicit Dañ. iiij. Fructus ei⁹ nimi⁹. ⁊ eſca vniuerſorum in ea. Uniuerſor certe in dño viuentiū. quieſcentiū. reſurgentiū. Sicut pulcre ſignatū poteſt eſſe Leuit. xxv. vbi dicit. Dabo vobis benedictōem meā anno ſexto ⁊ faciet fructus triū annorū. Annus ſextus etatē ſextā. ſeptimus ſeptimā. octau⁹ octauā ſignat. Iſte annus ſext⁹ eſt ann⁹ plenitudinis. ſm illud apoſtoli Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tēporis. miſit de⁹ filiū ſuum. ⁊c. Dicitaq̄ annus ꝓtulit fructū dei filiū. fructum vtiq̄ tā copioſum q̄ per ipm anno ſexto viuentiū. anno ſeptimo quieſcentiū. anno octauo reſurgentiū habem⁹ oīes fruct⁹ animar noſtrar. Ipe ergo eſt fruct⁹ ſufficiens vniuerſitati animar noſtrar. q̄ eſt dominus ſufficiēs vniuerſitati creaturar. Hic autē eſt fruct⁹ ventris marie. teſte Auguſtino qui ait. Illa virgo ſingulari gratia ꝑuenta eſt atq̄ repleta. vt ipm haberet ventr⁹ ſui fructū. quē ex initio habet vniuerſitas dñm. Itē chariſſimi fructus noſter benedict⁹ nō ſolū in hoc copioſus eſt q̄ animas ſatiādas poteſt ad ſatietatē reficere. nō ſolū in hoc copioſior eſt q̄ animar ſatiandar poteſt vniuerſitati ſufficere. ſed etiā tā copioſiſſim⁹ eſt q̄ ſatiādis animab⁹ ⁊ angelis nunq̄ pōt deficere. iuxta illud Ezechiel. xlvij. Non deficiet fructus ei⁹. O infinita copia. o copia defectus neſcia Deficere vtiq̄ nō poteſt copia hui⁹ fructus in eternū. cū ſit copioſiſſime benedict⁹ in eternū. Ait em̄ beat⁹ Bernard⁹. Benedictus fruct⁹ ventris tui qui eſt benedictus in eternū. Sic ergo fructus iſte bñdictus copioſus eſt dū ad ſatietatez reficit. copioſior dū ſatiandor vniuerſitati ſufficit copioſiſſim⁹ dū ſatiādis in ꝑpetuū non deficit. Uides nūc o lector. vides o auditor q̄ generoſiſſim⁹. q̄ delicioſiſſimus. q̄ copioſiſſimus ſit fruct⁹ ventris marie benedictus. Uides inq̄ quomō ſit generoſus ex vtero regali. generoſior ex virginali. generoſiſſim⁹ ex paternali. Uides etiā quomō delicioſus ſit odore. delicioſior decore. delicioſiſſimus ſapore. Uides nihilomin⁹ quō ꝓtuoſ⁹ ſit ad

curandū. virtuosior ad multiplicandū. ꝑtuosissim⁹ ad cōseruandū. Uides insup quomodo copiosus ad satiandū. copiosior ad vniuersitatē. copiosissim⁹ ad ꝑpetuitatē. De duodecim ꝓditiōes hui⁹ fruct⁹ signari pñt p illos. xij. fruct⁹ de q̄b Apoc. xxij. dr. Qm angel⁹ Johi oñdit lignū vite afferēs fruct⁹. xij Et q̄ fruct⁹ iste fruct⁹ vite. lignū vite. oīb⁹ hoīb⁹ ad vitaz ꝓducit. iō merito oīs homo ad laudādū hui⁹ fruct⁹ auctorē inducit. sic scꝛtū est. Cōfiteāt tibi ꝓpli de⁹ cōfiteant tibi ꝓpli oēs ter. de. f. s. Eya nūc bñdicta mat huius bñdicti fruct⁹. fac vt ꝑ fructu fruamur i eternū. Per eundē fructū dñm nostꝝ iesuz xꝑm filiū tuū Amen.

Benedict⁹ fruct⁹ vētris tui. Postq̄m tenuiter vidim⁹ de fructu vētris marie q̄lis z q̄nt⁹ sit z credak. videam⁹ mō quoꝝ sit. z quib⁹ debeak. Fruct⁹ nāq̄ iste nō solū est fruct⁹ vētris sz etiā mētis. Fructus est vētris soli⁹ marie. fruct⁹ aūt mētis cuiuslibet fidelis aie. Fruct⁹ vētris ꝑ carnē fruct⁹ mētis ꝑ fidē. Uñ sanct⁹ Ambrosi⁹ ait. Si ꝼm carnē vna mater est xꝑi. ꝼm tñ mentē omniū fruct⁹ est xꝑs. Oīs eīm aīa ꝓcipit dei verbū imaculata z imunis a vicijs Jgit ꝼm Amb. quecūq̄ mēs hūc fructū sibi voluerit adesse. debet a vicijs imunis esse. Christus eīm fruct⁹ est mētis nō viciose sz ꝑtuose nō viciose ꝑ septē vicia capitalia sz ꝑtuose cōtra septē vicia capitalia. Fruct⁹ g̃ iste est fructus humiliū ꝓtra superbiā. fruct⁹ amātiū cōtra inuidiā. fruct⁹ mitiū ꝫ irā. fruct⁹ laborantiū ꝓtra accidiā. fruct⁹ liberaliū ꝓtra auariciā. fruct⁹ abstinentiū ꝫ gulā. fruct⁹ ꝓtinētiū ꝓtra luxuriā. Prio charissimi videamus quō fruct⁹ iste bñdict⁹ sit hūiliū ꝫ superbiam. De ꝫ eīm accipe possum⁹ qđ dr. iij. Reg. xix. Nōcūq̄ reliquū fuerit de domo iuda mittz radicē deorsum z faciet fructū sursū. De domo iuda fuit beata maria. de domo iuda est q̄libet fidelis aīa. Illa corpalit. ista spūalit. Illa ꝑ carnē. ista ꝑ fidē. Et iō nō solū maria sed etiā quilibet fidelis volēs facere fructū sursum debet radicē mittere deorsum. Radix aūt deorsum mittēda. humilitas est. que ad modū radicis semp ad ima tendens est. Hui⁹ benedicte radicis arbor quanto fuerit ꝓcerior. tāto radix ipa debet esse profundior. Juxtā illud Eccl. iij. Quanto magnus es humilia te in oīb⁹. z corā deo inuenies gratiā. Alioquin arbor quanto maior esset, tanto cit⁹ vento inflatiōis subuerteretur. si non magna z ꝓfunda humilitatis radice firmaretur. Pensem⁹ ergo quantū illius ꝛge radix ꝓfunda fuerit que sic in sublime exire uit q̄ fructū angelis altiorem ferre meruit. fructū vtiq̄ de quo beatus Ambrosius ait. Ipe fruct⁹ est flos radicis de qua Isa. Exiet inquit virga de radice iesse. z flos de radice eius ascēdet. Quecūq̄ aīma hāc humilitatis radicē deorsum miserit. ipa hūc sursuz habebit. Sursuz inq̄ in alto intellectu. sursum in alto affectu. sursum in cōtemplatione. sursum in dilectiōe. Sic ergo fruct⁹ iste benedict⁹ humiliū est. Jdeo maria sup omnes homies fuit hoc dignissima. q̄ sup omnes homies humilitate fuit radicatissima. Propter qđ bñ beat⁹ Bern. exclamans dicit. O virgo virga sublimis ad quantā celsitudinē verticē sanctā erigis. vsq̄ ad thronū maiestatis. quoniā in altū mittis radicē humilitatis Secūdo videam⁹ charissimi q̄ modo fruct⁹ iste benedict⁹ sit amantiū dei z ꝓximū contra inuidā. De hoc accipe possum⁹ illud ps. Ecce hereditas dñi filij merces fruct⁹ ventris. Hoc exponēs beat⁹ Ambrosi⁹ ait. Hereditas dñi filij. sunt. q̄ merces sunt fruct⁹ illi⁹ qui de marie ventre processit Multi ergo filij sunt merces vnici filij qui est fruct⁹ vētris benedicti. Sed vbi rē q̄ meruit hāc mercedē. Meruit certe nascendo. meruit in ꝑsepio iacēdo. meruit circūcisionē sustinēdo. meruit docēdo. meruit opera salutis nostre exercēdo. meruit moriēdo. Meruit inq̄ nobis. xxxij. annis nobis seruiendo. Et ꝓpter hoc iustissime hanc mercedē exigit dicēs Zach. xj. Si bonū est in oculis vestris afferte mercedē meā. Sed certe nō solū filij sunt merces fruct⁹ ventris. sed ipse fructus vētris sanctissimi est merces filij cuiuslibet adoptiui. Qui aūt sunt isti filij. audi. Filiorū est diligere patrē z patris filios. Filij ergo dei z filij ecclesie sunt quicūq̄ deū z ꝓximū diligūt. Uñ apostolus ad Ephes. v. Estote imitatores dei sicut filij carissimi. z ambulate in dilectiōe xc. Et Matthei. v. dicit. Diligite inimicos vestros. bene facite his q̄ oderūt vos. z orate ꝑ ꝑsequēt⁹ z calumniātib⁹ vos vt sitis filij patris vestri qui in celis est xc. Tales ergo filij videlicet amatores dei z ꝓximi sunt merces huius fructus benedicti. taliūq̄ filioꝝ merces est ipe fruct⁹ bñdictus. Sic igitur fructus ille

diligentiū est. z ideo maria sup oēs homines fuit ħ fructu dignissima. qz sup oēs homines fuit caritate affectuosissima. Propt qđ bñ ait beat⁹ Aug⁹. sic. Quis dubitare poterit oīno in affectiōez charitat⁹ transisse viscera marie in ꝗbꝫ ipa que de⁹ est charitas nouē mensibꝫ corpaliter reꝙeuit. Tertio charissimi videam⁹ quomō fruct⁹ marie benedict⁹ sit patientiū z mitiū cōtra ira. De ħ accipiam⁹ qđ dicit Job. xxij. Acꝙesce g̃ illi z habeto pacē. z p ħ habebis fruct⁹ optimos. Acquiescere z pacē habere est mitiū z patiētium. Qui autē tales sunt. ipi p hec fructus optimos habebūt. Duo aūt optimi sūt fructus. vn⁹ virtut⁹. alter vēris. Optimus fructus mentis est charitas. de qua ap'lus ait. Fruct⁹ autē spūs. Fruct⁹ qui ibi enumerā tur. alij quidē sunt boni. alij vero meliores. sz ꝑmus ꝙ est charitas optim⁹ est. p quē alij oēs sicut ostēdit Augustin⁹ boni sūt. Optimus aūt fruct⁹ vēris est christ⁹. Ille nāqꝫ bon⁹ fruct⁹ vētris est quicūqꝫ in vētre sanctificat⁹ est. Ideoqꝫ bon⁹ est fruct⁹ ventris elizabeth. Melior autē fruct⁹ ventris Anne. Optim⁹ aūt fruct⁹ vētris marie. Bon⁹ autē fruct⁹ ventris elizabeth iohānes. Melior fruct⁹ anne maria. Optim⁹ fruct⁹ marie Jesus. Pēsa frater ꝙs sit iste fruct⁹. z de q̃ terra sit pduct⁹. z videbis ꝙ est optim⁹. Audi hieronymū ꝙ ait. Fruct⁹ est ꝙgo de ꝙgine. dñs de ancilla. de⁹ ex hoie. fil⁹ ex matre fructus eterni. O felices ꝙ in omniū castigationū disciplina animū tā patientē habēt z tā patuz ꝙ ex ħ iustissime ꝓsequunt fructū patiētiuz fructū pacatissimū. de q̃ ad Hebre. xij. loqꝫ Oīnis inqt disciplina in p̄senti quidē nō videt esse gaudij sz merozis. postea aūt fructū pacatissimū exercitatis p eā reddet iusticie. Exercitatā g̃ patientiā habētes fructū optimū referūt. iuxta illud Luc. viij. fructū afferunt in patiētia. Sic ergo fruct⁹ iste benedictus est patientiū z mitiū. z ideo maria sup oīs hoies fuit hoc fructu dignissima. quia sup oīs hoies fuit mitissima. ita vt nec oculo nec verbo nec facto tenuissimū impatientie signū ostēdit z patiētissima teste ambrosio ꝙ ait. Nihil torui in oculis marie. nihil in verbis. pcar. nihil in actu verecundum.

Quarto charissimi videam⁹ quomodo fruct⁹ Marie sit exercentiū se z laborantiū contra accidiā. De hoc dicit Sapientie. iij. Bonorū labor gloriosus est fruct⁹. Querē dus g̃ est fruct⁹ iste cū exercitio laboris. Vnde q̃ apis querit fructū mellis. Fructū inqꝫ ꝺ quo Eccī. xi. dicit. Breuis in volatilibus ē apis. z initiū dulcoris habet fruct⁹ ei⁹. Considera charissime quō apis de orto ad ortū de arbore ad arborē. de flore ad florē discurrit p fructu mellis. sic z tu meditatiōibꝫ z desideriis z zelo imitāde virtutis discurre circa exēpla iustoꝝ. z maxime pfectoꝝ. Discurre inqꝫ de orto ad ortū. id est. de statu ad statū. Discurre de arbore ad arborē. id est. ꝺ iusto ad iustū. De flore ad florem. id est. de virtute ad ꝟtutē. de exēplo ad exemplū. Discurre marie sup illū florē in quo inuenies totū diuini mellis fructū. sup illū vtiqꝫ florē q̃ est z flos z fruct⁹. De quo beat⁹ Ambrosi⁹ ait. Flos marie xp̄s ē. q̃ veluti boni arboris fructus. p nr̄e pcessu ꝟtutis nūc floret. nūc fructificat in nob. Laborem⁹ fratres bñ. p hoc fructu. qz bonoꝝ laboꝝ gl'iosus est fructus Flota g̃ nō quorūcūqꝫ laboꝝ sz tm̄ bonorū laboꝝ est fruct⁹ iste. nō em̄ est illoꝝ laboꝝ de quibꝫ ꝺr Sap̄. iij. Sapientiā q̃ abꝟcit z disciplinā infelix est. z vacua est spes illoꝝ. z labores sine fructu. Sic g̃ fruct⁹ iste bñdict⁹ est exercentiū se in bono ꝓtra accidiā. Et iō maria sup oīs homīes fuit hoc fructu dignissima. qz sup oīs hoies in bono fuit exercitatissima. sicut bñ ostēdit Beda q̃ super hoc ꝟbo. Magnificat aia mea dñm. iducit ipam sic loquentē. Totū animi affectū i agēdis gratiaꝝ laudibꝫ offero totū qđ viuo. qđ sentio. qđ discerno in ei⁹ magnitudine cōtēplanda. totū in ei⁹ p̄ceptis obseruādis impēdo. Quinto videam⁹ charissimi quomodo fruct⁹ marie sit liberaliū cōtra auariciaz z maxime illoꝝ liberaliū q̃. p hoc fructu renunciāt oīnibꝫ tēporalibꝫ. iuxta illud Lañ. viij. Vir affert p fructu ei⁹ mille argenteos. relinquēdo sc̄z oīnia. dicit interlinearis. Et iterū glosa dicit. Per mille pfectio. p argentū oīne mundanū accipit. Qui g̃ pfecte omne mundanū. p xp̄o relinquit. ipse q̃si mille argenteos. p hoc fructu tradit. Sed ecce q̃ dare noluerit mille oīnia relinq̃ndo. det saltem aliqua. p hoc fructu pauprbꝫ subueniēdo. vt sit sicut oliua fructifera fructū misericordie ferēdo. Quia vero summ⁹ misericordie fruct⁹ est summa misericordia que ē de⁹. Ideo maria q̃ habet misericordie fructū copiosissime tulit. Ipa sic oliua fructifera. ipa q̃si oliua speciosa i cāpis ꝓueniētissime fuit.

Propt qđ bñ Johes damascen⁹ dic. Maria in domo dñi plātata z ipinguata spū. et oliua fructifera ois fruct⁹ habitaculū facta est. Heu q̄s lōge ab isto fructu misericor. dū z terrena cōcupiscētiū sunt aie auaroꝝ. De quib⁹ ōr Luc. viij. A solicitudinib⁹ z diu. et volup. vite cūtes suffocanť z nō referūt fructum. Dicit quoq; Eccs. v. Qui amat diuitias. fructū nō capiet ex eis. Sic ḡ fruct⁹ iste benedict⁹ liberaliū z tpalia cōtemnētiuꝫ est z ideo maria sup oīes hoies fuit ħ fructu dignissima. qz sup oīes hoies in ꝓmptu tpaliū fuit liberalissima. testāte beato Bernardo q̄ ait. Quicqđ maria bonoris ī populo. quicqđ rex terrenaꝝ ō paterna domo habere potuisset. oīa arbitrata est q̄si sterco/ra vt christū lucrifaceret Sexto videam⁹ charissimi quō fruct⁹ Marie sit abstinētiū ꝓtra gulā. Et de ħ norem⁹ qđ dicit Prouer bioꝝ. xij. De fructu oris sui satiabit bonis. Fruct⁹ marie fruct⁹ oris dici pōt. nō solum qz oris oratiōe z doctrina. sz etiā qz oris abstinētia acquirit. De isto fructu satiabit spiritualib⁹ q̄ p isto fructu abstinēs est a bonis tēporalib⁹. Satiabit bonis de isto fructu q̄ cūq; esurit z sitit corpaliter. magis aūt spūaliter p isto fructu. Un beat⁹ Bernard⁹ ait. Bon⁹ fruct⁹ est q̄ animaꝝ esurientiū z sitiētiū iusticiā. esca z pot⁹ est. Bene q̄ p hoc fructu esuriūt in mūdo qz de ipo satiabunť in celo. iuxta illud Luc. vj. Beati q̄ nūc esuritis qz saturabimini. Dic ḡ p hoc fructu abstinentes. ibi erūt de isto fructu comedentes. Un Isaie. ij. ōr. Dicite iusto. quoniā bene q̄m fructū adinuentionū suarum comedet Sic ḡ fruct⁹ iste benedict⁹ est abstinētiū cō/tra gulā. z ideo maria sup oīs hoies fuit ħ fructu dignissima. qz sup oīes hoies fuit ō gulā rēperatissima. Propter qđ bñ Johes chrysostom⁹ ait. Comesatrix aut vinolenta nūq; maria fuit. nō lenis. nō iocosa. nō cāratrix. nō turpiū ꝟboꝝ amatrix. talia certe intē perantiā sequi solēt Septimo charissimi videam⁹ quomō fruct⁹ vētris marie sit cōtinentiū cōtra luxuriā. De hoc em̄ dicit Sapiētie. iij. Felix sterilis z incoinq̄nata. q̄ nesc. in de. ba. f. in r. a. sanctaꝝ. In respectione inq̄ p gratiā. magis aūt i respectiōe p gl'iaꝫ Et certe fruct⁹ ventris altissimi. fruct⁹ ventris virginalis merito est fruct⁹ cōtinentiū specialis. Cū em̄ p fructū virginis benedictum benedicanť oīes fideles generaliter merito cōtinētes benedicenť p ipm̄ specialiter. p quē etiā cōtinentiū regina benedicta ē pre oīb⁹. vt dicit beat⁹ Bernard⁹ declarās Vere benedict⁹ fruct⁹ vētris tui in quo benedicte sunt oīes gētes. de cui⁹ plenitudie tu quoq; accepisti cū ceteris. z etiā differentius a ceteris. Ue luxuriosis q̄ nullā partē habēt in fructu virgineo. ve miseris qui nullum habēt ramū q̄ possit ferre fructū virgineū. Un de adultera dicit Eccī. xxiij. Rami eius nō dabūt fructū. Igit fruct⁹ iste benedict⁹ est cōtinentiū cōtra luxuriā. z ideo maria sup oīes fuit hoc fructu dignissima. cū sup oīes hoies fuit castissima. sicut bene testat Chryso. dicēs. O ineffabilis laus marie. magis credebat Joseph castitati eius q̄ vtero ei⁹. z pl⁹ gratie q̄s nature. possibil⁹ credebat mulierē sine viro cōcipere q̄m Mariā posse peccare. O igit maria felicissima q̄ re tanq; virtuosissima fructu diuino fuisti dignissima. adiuua nos vt virtutib⁹ ad hunc fructū ptingere valeam⁹. dūm nostr⁹ Jhūs ꝑm filiū tuū Amen.

Benedict⁹ fruct⁹ vētris tui. Vidim⁹ de bñdicto fructu vētris marie ḋs z q̄lis fuit. vidim⁹ q̄s q̄r z qualiūs ite Videam⁹ nūc ad q̄s z ad q̄les effect⁹ necessari⁹ sit. Hā fruct⁹ iste ō malū. fruct⁹ ad bonum necessari⁹ est. Necessari⁹ est quidēp̄ter sex effectus ꝓtra malū. necessari⁹ est etiā ꝓpter sex effect⁹ ad bonū. Hui⁹ itaq; bñdicti fruct⁹ sunt duodecim effect⁹ valde vtiles. sue duodecim vtilitates valde notabiles. p quib⁹ merito eiusdē fruct⁹ laudant oīes bomines. iuxta qđ scr̄ptū est in ps. Cōfiteāť tibi pl'i de⁹. cōfiteāť tibi pl'i oēs. ꝛra dedit fructū suū. Prim⁹ ḡ fruct⁹ effect⁹ est expiatio culpe mortalis. scđs pacificatio inimicitie capitalis. tert⁹ sanatio plage original'. quart⁹ relevatio ī medie mētal' ḋnt⁹ euitatio ire iudicialis. sext⁹ elōgatio pene gehēnalis. septimus renūciatio sūbe tpal'. octau⁹ locupletatō ad rōnalis. non⁹ ꝓsūmatio vite spūal'. decimus m'ltiplicatio eccl'ie vniuersal'. vndecim⁹ reintegratio ruine empirreal'. duodecim⁹ ꝓperuatio gl'ie eternal' Prio ḡ charissimi fruct⁹ marie bñdict⁹ necessari⁹ ē ad expiatiōz culpe mortal'. De ħ exponi pt qđ ōr Isa. xxvij. Iste ois fruct⁹ vt auferāť petīm ei⁹. Ois fructus itelligi pt ille de q̄ beat⁹ Bern̄. loquēs ait. In cruce pēdet ois fruct⁹ vite. qz ipa arbor vite in medio gadisi. Ois ḡ fruct⁹ ē tot⁹

fructꝰ tot⁹ illo. Hic fructꝰ ad ℔ dat⁹ est. ad ℔ nat⁹ est. ad ℔ passus est. vt auferat petrñ hominis. Ipe eñ. sic̃ angel⁹ inqt Matℏ. pmo saluũ fecit pꝓlum suũ a peccatis eoꝝ. Ipse q̃z est de q̃ Johes dixit. Ecce agn⁹ dei. ecce qui tollit pcta mũdi. Iste ḡ agn⁹. iste certe fructꝰ tollit pcta mũdi tã mortalia q̃z venialia. vt q̃ p hũc fructũ purgat⁹ a mortalibꝫ eiusdem fructũ portat. purgatꝰ a venialibꝫ vt fructũ abundãtꝰ ferat. iuxta Joℏ. xv. Omnẽ q̃ facit fructũ purgabit eũ vt fructũ plꝰ afferat.

Secũdo charissimi fructꝰ marie benedictus necessariꝰ est ad pacificatõem inimicitie capitalis q̃ fuit inter deũ ⁊ hoiem. inter angelos ⁊ homies. Unõ Isa. lvij. Creaui fructũ labioꝝ pacẽ. pacẽ ei q̃ longe est ⁊ q̃ ꝓpe est. Fructꝰ ventris marie bene potest dici fructus labioꝝ marie qꝛ dũ de labꝫ suis stillauerũt melliflua ꝗba illa. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbũ tuũ. statim cõcepit mellifluũ fructũ suũ. O vere melliflua labia. sicut dꝛ Cãtico. iiij. Fauꝰ distillãs labia tua sponsa. Noꝝ ergo labioꝝ fructũ Jℏm xp̃m deꝰ pater creauit siue fecit pacẽ. Pacẽ inq̃m ei q̃ lõge est p culpã. vt fiat ꝓpe p gratiã. pacẽq̃z ei q̃ ꝓpe est p gratiã. ne fiat longe p culpam. Ipe eñ (sicut apl⁹ ait) est pax nostra q̃ fecit vtraq̃z vnũ. Fructꝰ iste etiã factꝰ est pax inter hoies. q̃ longe est in mũdo. ⁊ inter angelũ. q̃ ꝓpe est in celo. vtrosq̃z pacificauit in patibulo. iuxta illud Ephes. ij. Pacificãs p sanguinẽ crucis ei⁹. siue q̃ in celis siue q̃ in terris sunt. Itaq̃z fructꝰ iste pax hoiũ ad hoiem. pax hois ad angelũ. pax hois ad deũ factꝰ ẽ. Quid miꝝ si p hunc fructũ pacẽ habeat hõ cũ deo. cũ ipe fructꝰ pacificãs sit deus ⁊ hõ. Testat Beda q̃ ait. Terra nostra dabit fructũ suũ. qꝛ ꝛgo maria q̃ de terra corꝑ habuerat filiũ genuit. diuinitate quidẽ deo patri coequalẽ. ſz sibi carnis ꝛitate cõsubstãtialẽ.

Tertio charissimi fructꝰ marie bñdictus necessariꝰ est ad curatiõem plage originalis grauis eñ plaga imo grauibꝫ plagis homo icidẽs in latrones vulneratꝰ est. dũ p origiale peccatũ tã cecꝰ ad vez. tã infirmꝰ ad bonũ tã pnus ad malũ factꝰ est. Sz he plage per hũc fructũ sanant. In hac quidẽ vita in pte sanant p gratiã. in futura vero tota in toto sanabunt p gloriã. Uñ bene legit Apocal. xxij. q̃ angel⁹ ostẽdit Johãni lignũ vite per mẽses singulos reddens fructũ suũ. et folia ligni ad sanitatẽ gentiũ. Lignũ vite est mater vite Maria. vel lignũ vite est lignus crucis. vel etiã lignũ est ipe auctoꝛ vite Jhesus xp̃s. qui est ⁊ fructꝰ vite. huiꝰ folia sanatiua sunt verba ⁊ documẽta edificatiua. Si aũt sanatiua sunt folia eiꝰ. quanto magis sanatiuus est ipe fructꝰ. vt ḡ p hunc fructũ sanemur accedamꝰ ad arboꝛẽ eiꝰ. accedamꝰ inq̃z ad Mariã oꝛãtes cũ Anselmo. q̃ oꝛans ait. Exaudi me dña. sana aiam serui tui pcrõz p virtutẽ benedicti fructꝰ vẽtris q̃ sedet ĩ dextera oñipotẽtis patris sui. Quarto charissimi fructꝰ marie benedictꝰ necessariꝰ ẽ ad releuationẽ inedie siue famis mẽtalis. ne ꝓpter defectũ nutrimẽti deficiãt aimalia dei. Propter qõ bene dicit Joel. ij. Nolite timere aialia regionis. qꝛ germinauerũt speciosa deserti. ⁊ lignũ attulit fructũ suũ. Desertũ qõ sine cultura germiat ⁊ pfert pastũ animaliũ. signare põt mariã. q̃ sine cultura maritali ꝓtulit filiũ. q̃ est pastꝰ omniũ fideliũ. Ideo q̃z bñ de ipa dici põt illud Ezech. xxxvj. Terra illa inculta facta est vt oꝛtus voluptatis. Speciosa huiꝰ felicis deserti sunt speciosa germina celestiũ desideriorũ. speciose herbe operũ bonoꝝ. speciosi flores virtutũ ⁊ donorum. speciosa folia vtiliũ verboꝝ. ⁊ certe speciosus fructꝰ vẽtris sui. qui est pastus omnium iustoꝝ. Maria est desertũ hoc speciosũ. Maria quoq̃z est lignũ hoc fructuosum. de quo dicit. ⁊ lignũ attulit fructũ suũ. O vere mirabilẽ fructũ per quẽ tam fames q̃z sitis releuat animarũ. sicut testat beatꝰ Bernardus dicẽs. Bonꝰ fructus q̃ animarũ esuriẽtium ⁊ sitientiũ esca ⁊ potus est. Nolite ergo timere aimalia dei. nolite timere fideles xp̃i q̃ inedia deficiatis cũ plena pascua in deserto. plenũ fructũ in ligno. plenũ etiã pabulũ in ꝓsepio habeatis. Ait eñ beatꝰ Bernardus. Natus reclinat in ꝓsepio. vt fideles oñes velut sancta aimalia carnis sue alimẽto reficeret. Et beatꝰ Augustinꝰ ait. O ꝓsepe splendidũ in quo nõ iacuit fenũ aimaliũ. sed angelorũ inuentũ est pabulũ. Quinto charissimi necessariꝰ est fructus Marie benedictꝰ ad euitationẽ ire iudicialis. quaz vtiq̃z certã habet omnis iniustꝰ sicut fructũ quo irã iudicij euadere certũ vtiq̃z ḥz oñis iustus. Unde in psalmo dicit. Si vtiq̃z est fructus iusto. v. est deus in. eo. in terra. eos. id est. iniustos. sicut exponit glo. Iniustos nãq̃z iudicabit ds ĩ terra. dũ ĩ iudicio iusti ĩ aere erũt. iniusti vero in terra remanebunt.

quia terrenis ꝫ deū adheserūt. ita vt dicere possent Adhesit i terra veter noster. Dñs ḡ ibi sic vtiqꝫ est fructus suauis iusto. sic vtiqꝫ erit iudex ḡuis iniusto. Ue ḡ eis q̄ fructum tā suauissimū ꝯuertūt sibi in iudiciū amarissimū. sicut dr Amos. vj. Cōuertistis i amaritudinē iudiciū. z fructū iusticie i absinthiū Fructus iusticie. fructus iusti. Justus est fructus marie. De q̄ certe beat⁹ Job ait. Justū fructum dedit terra ꝙgo. qz veritas de terra orta est. Certo charissimi necessarius est fructus marie bñdictus ad elōgationē siue declinatiōem pene genēnalis siue mortꝫ eternal' de q̄ exponere possum⁹ qō dicit. xiij. Reguꝫ. xvij. Transferā vos in terrā fructiferā z fertilē vini. terrā panis z olei ac mellis. z viuetis z nō moriemini. In terrā marie vel i terrā ecclesie trāsferent q̄ toto corde ad ipsam ꝯuertunt. Hec aūt terra valde est fructifera ferēs fructū panis vini olei z mellis dominū nostꝫ ihm xpm. Jpe nāqꝫ nobis est fructus panis ꝙfortātis ꝙtra defectū. ipe nobis est fructus vini ad pfectū. ipe quoqꝫ nobis est fructus olei illuminātis intellectū. ipe insuper nob est fructus mellis dulcorātꝫ affectū. Per hmōi certe fructū viuetꝫ charissimi z nō moriemini morte eterna Bñdicta sit terra huius fructus. bñdictus sup oīa sit ipe fructus p quā exempti sum⁹ a tātis malis. sic etiā bene declarauit Ansel. cū dixit. Quid digne referā genitrici dei z dñi mei. p cui⁹ fecūditatē captiuus sū redēpt⁹. p cui⁹ ptū de morte eterna sum exempt⁹. p cui⁹ plē pdit⁹ sum restitut⁹. z de exilio miserie ad patriā sum reductus. Bñdicta in mulieribus. hec oīa mihi dedit bñdictus fructus vētris tui i regeneratione baptismatꝫ sui. Ue ḡ oīibus ab isto fructu alienis. Scriptū nāqꝫ est. Oīis arbor q̄ nō facit fructū bo. excidet. z in ignē mittet. Septimo charissimi necessarius est fructus marie bñdictus ad renūciationē siue ꝙtēptū substātie tpalis. Uñ Lañ. viij. dr. Uir affert p fructu ei⁹ mille argēteos. relinq̄ndo tpalia dicit interlinearꝫ. Hā sic alia glosa dic. p mille perfectio. p argentū ꝙo oīe mūdanū accipit. vñ q̄si mille argēteos p b fructu dat. q̄cūqꝫ pfecte oīibus tpalibus p xpo renūciat. z vere merito p b fructu oīa tpalia feruēter vilipēdit. quicūqꝫ q̄ p̄ciosissim⁹ sit ille fructus diligenter attēdit dicēs illud Prouer. viij. Melior est fructus me⁹ auro z lapide p̄cioso. z genimina mea auro electo. Uir certe est q̄cūqꝫ tā viriliter est. vir aūt ille viriliter p b fructu ꝙtemnere dr nō solū res z diuitias sed etiā honores z potētias. dicēs illud Judicū. ix. Nō possum deserere dulcedinē meam fructusqꝫ dulcissimos z ire vt iter cetera ligna pmouear. Suauissimi sunt fructus xpi z charitas. Ligna siluaꝫ sic dicit glosa. sunt homies infructuosi eterno incēdio p̄parati. Jgit ꝑpē fructus istos suauissimos viriliter ꝙtēnat honores super ligna siluaꝫ p̄iculosissimos. viriliter ꝙtemnat oīa ꝓpter fructū bñdictū. q̄ est sup oīa bñdictus de⁹ in secula. Octauo charissimi necessarius est fructus marie bñdictus ad locupletationē siue repletionē aīe rōnalis. Uñ dicit Prouer. xij. De fructu oris sui vnusq̄sqꝫ replebit bonis. Dñm iesum nō solū fructū vētris. sz etiā fructū oris nō incōgrue fateamur qz ipi⁹ oris p̄dicatiōe. oris ꝙfessione. oris oratione meremur. Jpm q̄z ore exteriori sumimus sacr̄aliter. ore q̄z interiori spūaliter. ꝑ qō Hiero. ait. Flos marie fact⁹ est fructus vt nos illū comederem⁹. De isto fructu oris vnusq̄sqꝫ replebit fideles bonis spūaliū diuitiaꝫ. bonis inq̄ꝫ ꝙtutū z grāꝫ. De taliū bonoꝝ repletiōe apl's dic Ro. xv. Deus aūt spei repleat vos oīi gaudio z pace i credēdo. vt abūdetis i spe z ꝙtute spūsancti. O ꝙ bēdictus fructus plenitudo. qua replet⁹ est nō solū ager ꝙginis hūc fructū pducētis. sz etiā locus vniuscuiusqꝫ fidelis hūc fructū ꝙtinēt. sicut patet p beatū Hiero. q̄ ait. Bene ager plen⁹ dr. qz plena ꝙgo maria ꝓnunciat⁹ de cuius vtero credētibus fructus vite pcessit. z nos oīes de plenitudine ei⁹ accipim⁹ grām p̄ gratia. Nono charissimi necessarius est fructus marie bñdictus ad pfectionē vite spiritualis Uñ de viro pfecto bñ in ps. dr. Et erit tāq̄ lignū qō plātatū est sec⁹ decursus aq̄ꝫ. rē. vt q̄ꝫ pisperabūt. Quid intelligere debem⁹ p decursus aq̄ꝫ. nisi irrigationes grāꝫ. p q̄s bō dat siue pfert fructū suū dñm ihm christum. Tres aūt hic cōditiōes pfecte vite insinuāt q̄ boiem b fructu fructifeꝫ comitāt. Perfectoꝫ nāqꝫ est tpe suū nō negligere. ꝓpter qō bñ dr. Fructus suos dabit in tpe suo. Perfectoꝫ q̄z est in ꝙbis inutilibus nō defluere. ꝓpter qō bñ addit. z foliū ei⁹ nō defluet. Perfectorū insup est q̄ spūi pspera sunt nō obmittere. ꝓpter qō bñ subiūgit. Oīa q̄cūqꝫ faciet pisperabūt. Uel certe ei q̄ hūc fructū p charitatē tulerit oīa pisperabūt. q̄n sibi oīa bonū cooperant. sicut scriptū est Roma. viij.

Scimus qm̃ diligentib⁹ deũ oĩa coopant in bonũ. Beatus vir q̃ tã pfecte tulerit fructũ istũ vt tps suũ nõ trãseat infructuosuz. vt verbũ sibi nõ defluat ociosum. vt opus sibi nõ pereat ꝛruosum. sicqꝫ sit tãq̃ lignuz fructiferuz spũalit. quẽadmodũ etiã maria fuit corpalit. de q̃ btũs Bernũ. ait. O vere ignũ vite qđ solũ dignũ fuit portare salutis fructũ. Decimo carissimi necessari⁹ ẽ fructus marie bñdict⁹ ad multiplicationez ecclesie vniuersal'. Unde dr Prouerb. xxxi. De fructu manuũ suaz plãtauit vineã. Dñs ie sus sicut bñ dr fruct⁹ ventriz. qz ventre cõcipit. z sicut bñ fructus oris dicit. qz ore sumit. ita bene fruct⁹ manuũ dr. qz manibus bonoz opez acquirit. manib⁹ q̃z sacerdotalib⁹ ministrat. Uñ fructus iste plenissime ẽ fructus marie. fruct⁹ certe ventriz ei⁹ est. q̃a de ventre ei⁹ singularissime nat⁹ est. Fructus etiã oris ei⁹ est. qz ore eius dulcissime cõcatus est. fruct⁹ quoqꝫ manuũ ei⁹ est. qz manib⁹ eius deuotissime attrectat⁹ est. De isto itaqꝫ manuũ fructu maria vel ꝑmitiua eccl'ia sicut exponit glosa. plãtauit vineã. id est eccl'iam vniuersalẽ p orbẽ diffusam. O quõ palmites hui⁹ vinee videlicet fideles eccl'ie. p hunc fructũ multiplicati sunt. duz rectores eccl'ie in cordib⁹ fideliũ eundẽ fructum spũaliter nasci fecerũt. Hinc bene in ps. dicit. Fecerũt fructũ natiuitat'. z bene dixit eis. et multiplicati sũt nimis. Et q̃a eccl'ia de oĩb⁹ generatiõib⁹ est p hũc fructũ multiplicata. Ideo virgo hũc fructũ ꝓducẽs merito ab oĩb⁹ generatiõib⁹ ꝓdicatur beata. Propter qđ bene ipa ait. Ecce em̃ ex hoc beatam me dicẽt oĩes generatiões. De q̃bus verbis loquẽs Bernũ. inducit mariã loquẽtem sic. Ecce iã video qđ futuruz est in me. q̃s fructus pcedat de me. q̃t z quãta bona nõ mihi soli sed oĩb⁹ generatiõib⁹ pueniant p me. Undecimo carissimi necessarius est fruct⁹ marie benedict⁹ ad restauratiõnẽ ruine empirrealis. ruine inquã facte in celo empirreo. De hoc notare possumus q⁹ dñs de medulla cedri plãtare volens dixit Ezech. xxvij. In monte sublimi isr'l plãtabo illud. z erũpet vt germen z faciet fructũ. Mons sublimis est sublimis illa mansio. sublimis illa societas angeloz. q̃ bñ mons isr'l dicit. qz israel visio dei interpr̃at. Et ecce angeli semp sunt in visione dei. testãte eo q̃ ait in eũgelio Matthei. angeli eoz semper vident faciẽ pr̃is mei q̃ in celis est. In isto sublimi monte. in ista sublimi angeloz societate de⁹ plãtauit illud quod de massa pditionis elegit. plãtauit inquã medullã cedri. medullã generis hũani. id est oĩes electos dei. quoz quidã in re. quidã i spe plãtati iã sunt in angelico monte. O vere supoĩa diligendus fruct⁹ ꝓpter quẽ tã sublimiter plãtatur oĩs elect⁹. Libenter hũc fructũ dñm nostrũ iesum christuz portare possum⁹ ꝓpter quez inter angelos iã in spe plantati sum⁹. huic etiã fructui semp gr̃as agimus. cuius gr̃a angeloz vniuersitatem reintegram⁹. Unõ hui⁹ fructus mr̃ maria bene põt gloriari z dicere ꝙba illa que beatus Bernũ. q̃si ex ore marie loquẽs ait. Angelicarũ generationũ numer⁹ p meũ generatum reintegrabit'. z hominũ generatio p adam benedicta p benedictũ fructuz ventris mei ad eternã beatitudinẽ regenerabitur. Duodecimo carissimi necessari⁹ est marie fruct⁹ benedictus ad ꝓpetuationem gl'ie eternal'. q̃ eterna nõ esset nisi p hũc fructum cõseruaret'. Unde dicit Prouerbi. xj. Fructus iusti lignũ vite. Optime fructus iste dict⁹ est lignũ vite. quia sicut lignũ fuit ad ꝛuandã vitã naturalẽ in paradiso terrestri. sic christ⁹ est ad ꝛseruandã vitã eternalem in paradiso celesti. Hec ergo tanta bona que p benedictũ marie fructũ cõsequimur. benedict⁹ ille Anselm⁹ bene aduertit cũ dixit. Hec tanta bona p benedictuz fructum benedicti ventriz bñdicte marie puenerunt. Sic g̃ carissimi audistis quõ benedictus fruct⁹ marie necessarius oĩno est. Primo ad expiãdã culpã mortalez. Scõo ad pacificandã inimiciciã capitalẽ. Tercio ad sanandã plagã originalẽ. Quarto ad releuandã inediã mentalẽ. Quinto ad vitandã irã iudicialẽ. Sexto ad declinãdã penã gehennalẽ. Septimo ad ꝛtemnendã substantiã temporalẽ. Octauo ad locupletandã animã rõnalẽ. Nono ad cõsũmãdã vitã spũalem. Decimo ad multiplicandã ecclesiã vniuersalẽ. Undecimo ad reparandaz ruinã empirrealem. Duodecimo ad ꝛseruãdã gl'iam etrnalẽ. Et ecce hi duodecim effectus siue vtilitates hui⁹ fruct⁹ signari possunt. per duodecim fructus ligni vite. quos oĩes habem⁹ in fructu ventris marie. De quib⁹ duodecim fructib⁹ legit Apocalip. xxij. q⁹ angelus oñdit Johãni lignuz

vite afferens fructus duodecim. Adiuua ḡ nos o bñdicta in mulieribꝫ. vt ꝑ bñdictuꝫ fructū ventriꝭ tui bñdictionē horꝫ duodecī fructuū cōsequmur. Adiuua o ꝑgo fructifera vt ꝑ fructū tuū bis fructibꝫ ita fructuosi efficiamur q ꝑ hos fructꝰ fructu tuo frui ꝑpetuo mereamur. Adiuua o dulcissima vt nobis ꝓcedat dulcedine sua frui ille liberalissimꝰ cōicatoꝛ sui bñdictꝰ fructus ventris tui. Qui cū ꝓe z spūsctō viuit z regnat deꝰ per oīmia secula seculoꝝ. Amen.

Deuotissimi ac seraphici doctoris sancti Bonauēture tractatꝰ supꝫ gaudiosa ambasiata ꝑ archangelū gabrielē ad excellentissimā atq; gloriosissimā ꝑginē Mariā annunciata. Speculū marie vocatus. explicit feliciter.

¶ Incipit tractatꝰ de ꝓparatiōe ad missaꝫ doctoris seraphici scti Bonauēture.

AD honoꝛeꝫ gloriose z indiuidue trinitatiꝭ et ad honoꝛē excellentissimi sacri. scz ꝓciosi coꝛpis z sanguinis dñi nri iesu christi. Describā tibi foꝛmā ꝑ quaꝫ potes leuiꝰ manuduci ad ꝓemptationē tanti mysteriꝫ ac congrue disponi ad eiꝰ ꝓceptionē. quam nō raptim strepitu ꝓboꝝ legere. sed eius sensum efficaciꝰ coꝛdi imꝑmere debes. z ex intimo affectu singula queq; in toto vel in parte ꝓut sonāt sollicite ruminare. Primo igiꝰ accessuꝰ ad mēsam celestiꝭ cōuiuij. iuxta apl'm. Proba teipm z diligenꝰ examīa cū qua fide. qli ꝑposito. quāta caritate. ꝓpter qd aut ꝓpter quā cām accedis. vt sic accedēdo ad mēsam celestiꝭ cōuiuij iuxta apl'm. ꝑbes teipm diligenꝰ examinādo. Attende igiꝰ ista q̄tuoꝛ singula ꝑ se z vide ꝓmo quam fidē hꝫe debes circa veritatē z essentiā hꝰ sacramenti. Credere eīm firmiꝰ debes z nullatenus dubitare fm q docet ecclia catholica z ꝑdicat q in hoꝛa exꝑssionis ꝓboꝝ xꝑi panis materialis atq; visibilis aduenienti viuifico z celesti pani velut ꝓo creatoꝛi honoꝛē deferens locū suū scz visibilē speciem accidentiū ꝑ ministerio z sacramēcali seruitio relinq̄t. q̄ desinēte esse miro et ineffabili modo in eodē instāti ista sequētia sub illis accidētibꝫ veraciꝰ existūt. Primo illa purissima xꝑi caro z sacrū coꝛpꝰ. qō fabricāte spūsctō tractuꝫ fuit de vtero gl'iose ꝓginis marie appensuꝫ i cruce. positū in sepulchro. glorificatū in celo. Scōo q caro nō viuit sine sanguīe. iō necessario ē ibi sanguis ille ꝓciosus q̄ felicīꝰ manauit ꝑ mūdi salute in cruce. Tercio cū nō sit verꝰ hō absq; ania rōnali. ꝓterea est ibi aia gl'iosa xꝑi. excedens in gra oēm ꝓtutē z gl'az z ptātē. iq reposite sunt omēs thesauri sapie z scie dei.

Quarto q christꝰ est verꝰ deus z verus hō. iō ꝓsequenꝰ est ibi deus gl'iosus in maiestate sua Nec oīmia q̄tuoꝛ simul z singula tota simul sub speciebꝫ panis et vini pfecte continenꝰ nō minꝰ in calice q̄ in hostia. nec minꝰ in hostia q̄ in calice. nec in vno defectus supplek alteriꝰ. cū nullus sit. sz in ambobus integrū cōtinek ꝓpter mysteriū deq grandis est ꝓmo. Sufficit eīm credere deū verꝫ z boīem sub vtraq; cōtineri specie eui assistunt angeloꝝ frequētia z sctoꝝ pnia.

Quare christus tm̄ continek sub istis duabus speciebus.

SEd vide q̄ pulchre xꝑs sub bis tm̄ duabꝫ speciebꝫ cōtinek. Primo q panis z vinū optimū sunt nutrimētū totiꝰ boīs. nā panis nutrit carnē z vinū transit in sanguinē. q̄ est sedes aie. Secūdo q eoꝝ vsus est boi ꝓncipaliοꝝ z communioꝝ est z mūdioꝝ z minꝰ fastidiosus habek. iō puritas spūalis refectiōis oportune ꝑ ista significak. Tercio q optime figurant passionē xꝑi q̄ q̄tidie ꝑ hꝫ sacrm memorak. nā panis significat coꝛpꝰ illud triturātū. molitū. pistū in passione. decoctū z assuꝫ igne dīni amoꝝ in camino. i. ara crucis. vinū ꝓo sigficat sanguinē q̄ de vna. s. xꝑi coꝛpe in toꝛculari crucis a calcātibꝫ iudeis exꝑssus ē.

Quarto pulchre significāt coꝛpꝰ xꝑi mysticū scz eccliam collectā ex multis fidelibꝫ ꝑdestinatis ad vitā tanq̄ panis z vinuꝫ ex multis granis z racemis. Cū ergo accedis caue ne dubitādo vacilles z tanq̄ ceꝰ manu tentans innitaris baculo arūdineo scz argumētis naturalibꝫ z rōnibꝫ hūanis querēdo quō ista fieri possunt sicut q̄dāꝫ iudei litigabāt. z quidā discipuli scandalizati abierūt retroꝛsuꝫ. Sed subīce teipm deo z captiua mentē tuā sub iugo fidei quia tantis testibꝫ roboratā vides. Quid eīm dubitationis de hoc sacramento remanet. cū a christo tam exꝑsse traditū. ab apl'is ꝓmulgatū. a sanctis patribꝫ oꝛthodoxis tot ex-

tenarijs annorū p̄figuratū. tantisq; cerimo/
nijs tot miraculis ⁊ ꝓdigijs ⁊ obseruātijs
quasi testimonijs palpabilibꝫ vides cōfir/
matū. Tolle hoc sacramētū de eccl'ia et q̄d
erit in mūdo nisi error et infidelitas. et po/
pulus christian⁹ quasi grex porcoꝝ disper/
sus et idolatrie dedit⁹. sicut exp̄sse patet in
ceteris infidelibꝫ. Sed ꝑ hoc stat eccl'ia. ro/
boratur fides. viret vel viget christiana re/
ligio et diuin⁹ cultus. Vñ inquit christus.
Ego vobiscum sum vsq; ad ꝯsummationē
seculi. Matthei vltimo.

Quare christus corpus suū
dare voluit velatum.

Post etiā notare debes ꝙ sic decuit
christū corpus suū velatuꝫ nob̄ da/
re. Quid enim valeret fides tua si
christus in ꝓpria forma visibilis tibi appare/
ret. certe ⁊ coacte eū adorares. Aut quō car/
nales oculi tātā gloriā ferre possent. Quis
vero nisi insipiens dicat vt carnē crudaꝫ et
homis cruorem in ꝓpria forma sua comede/
re ⁊ bibere debeas. Recedat ergo om̄is du/
bitatio. q; sicut olim diuinitas in vtero vir/
ginali latuit. et fili⁹ dei sub humane carnis
velamine visibil' mundo apparuit. sic ⁊ glo/
rificata humanitas diuinitati ꝯiuncta sub
forma panis ⁊ vini latet vt nobis mortali/
bus cōpetere posset.

De discussione ꝯscientie ante cōmunio/
nem sacram. Et cū quali ꝓposito seu dispo/
sitione accedendū sit.

Secundo ꝓba teip̄m cū quali ꝓposi/
to ⁊ dispositione accedis. Jō discu/
te ⁊ reuolue ꝯscientie domū et vide
ne forte sit intus aliqua turpitudo in men/
te vel macula extra in carne q̄ offendi pos/
sunt oculi illi⁹ qui est sanct⁹ sanctoꝝ. Pri/
mo ḡ rediens introrsus ad iniquitateꝫ tue
mentis quāta mala ab ineunte etate cōmi/
sisti. quāta bona neglexisti. q̄ꝫ breuis vita. q̄ꝫ
incerta mors. q̄ꝫ lubrica ⁊ ꝑiculosa via hu/
ius tempis rumina. ne forte qd̄ absit post
precedentē confessionē ⁊ penitentiaꝫ aliqd̄
in te sit mortale peccatū vel peccādi ꝓpositū
vnde mortua sit tua misera anīa. ac ꝑ hoc a
radice christi ⁊ eccl'ie abscisa. q; ille viuific⁹
panis ⁊ diuin⁹ non p̄stat influxum vite nec
nutrimentū membris abscisis et mortuis.
teste scriptura q̄ dicit. In maliuolā animā
non introibit sapiētia. nec habitabit in cor/
pore subdito peccatꝫ. vnde a talibꝫ sumit' sa/
cramentū et nō res sacramēti id est. christi
gratia et vnitas charitatꝫ eius. comeditur
gustu sed nō reficit spiritū. vadit ad ventrē
sed nō reficit mentē. deglutit' sicut abrotha/
num sine sui lesione. et nō viuificat animaꝫ
nec incorporat eā sibi neq; vnit. sed potius
nausea cōpellente talē christ⁹ euomit velut
cadauer putridū bestijs deuorandū ⁊ aui/
bus. cū scꝫ infelicem animā tradit sathanę
cruciandā. sicut de iuda scriptū est. Quoni/
am post buccellā introiuit in euꝫ sathanas.
Quapropter si talibꝫ laqueat⁹ es caue ne ꝑ
aliq̄ causa vel necessitate absq; debita cōtri/
tione ac ꝓposito penitēdi ac ꝯfessione p̄mis/
sa accedere ad altare presumas. q; horren/
dum est incidere in man⁹ dei viuētis. Sed
heu quot sunt hodie sacerdotes miseri et
sue salutis improuidi q̄ corpus christi i al/
tari velut carnes pecudū manducāt. et in/
uoluti ⁊ contaminati abominatiōibꝫ de q̄/
bus phas nō est dicere sceleratis manibꝫ ⁊
pollutis labijs ꝯtingere nō verent' et oscu/
lari filiū dei ⁊ marie virginis vnigenitum.
Verū si hoꝝ sacrificiū suscipit deus. audeo
dicere mendax est ⁊ socius peccatoꝝ. Insu/
per qd̄ deterius est ad tantā quidā ꝑuene/
runt istis diebꝫ ꝑuersitatē ⁊ stulticiā. vt pu/
tent infelicissimi sua scelera et īmundicias
peccatoꝝ que q̄tidie reiterare ꝓponūt (abs/
q; penitētia ⁊ ꝯfessione) ꝑ sacrā cōmunio/
nem q̄tidie celebrātes expiare. Tales non
sunt sacerdotes sed sacrilegi. nō christiani
sed heretici. ꝓfecto si fidē rectā haberēt aut
peccare timerent aut celebrare cessarent.

Scd̄o non tm̄ cordis sed ⁊ corꝑis atten/
denda est mūdicia. id̄o caue ne īmūdus ac/
cedas. nō tm̄ dico de immūdicia volūtaria
q̄ mortalis est sed etiaꝫ nocturnali siue ca/
suali macula q̄ impedit celebrationem vbi
nō est magna necessitas vel iussio p̄ceptoꝝ.
Vbi ḡ dicta interueniūt ⁊ dicte macule nō
dederis occasionē vel causam ꝑ p̄cedentēꝫ
ꝯcupiscentiā vel inordinatā crapulā. nec se/
cuta est notabilis mētis inquinatio ꝑ remi/
niscentiā vel illusionē fantasticā carnaliuꝫ.
credo ꝙ accedere posses saluo meliori iudi/
cio. maxime si singularꝫ deuotio ratione so/
lennitatis vel alterius similis cause te tra/
heret ad celebrādū. Custodire etiā debes
pudiciciā manuū quantū potes ⁊ oīm mē/
broꝝ tuoꝝ puritatē. vnde tibi ꝯsulo vt p̄ ce/
teris hominibꝫ omni tempe maxime dum

missam celebratur⁹ es caueas ab oī tactu nō solū turpi ⁊ imūdo q̄ fit cū pctō. sed etiā a q̄libet indecēti ⁊ coinq̄nato. Et totū te recolligas vt nec actus nec cogitatio ad aliqd̄ aliud dispgat̄. Et insup curā habeas diligent̄ de mūdicia ⁊ nitore paramētoꝝ altar⁹ ⁊ sacrorū vasoꝝ ⁊ cū honore ⁊ oī diligentia tractet̄ ille qui est angelis ⁊ archangel̄ tremebundus.

¶ Ex quāta caritate q̄ntoq̄ feruore accedendū sit cōmunicaturo.

Tercio ꝓba teip̄m ex q̄nta caritate ⁊ q̄li feruore accedis. Non solū enim mortalia vitāda sunt sed etiā venialia pctā ꝑ negligētiā ⁊ ociuz multiplicata et etiā ꝑ incōsiderationē ac ꝑ distractionē dissolute vite ⁊ male ꝯsuetudinis. licz nō occidant aīam. tñ reddūt hoīem tepidū. grauē ⁊ obnubilatū et indispositū et ineptū ad celebrandū nisi dicti pulueres ⁊ stipule venialiū ꝑ afflatū spūs ⁊ flāmā caritat⁹ vētilentur ⁊ ꝯsument̄ exardescēte igne cordis ⁊ ex ꝯsideratiōe ꝓprie vilitat⁹. Jō caue ne nimis tepidus ⁊ inordinat⁹ accedas. ⁊ incōsideratus. qꝛ indigne sumis. si nō accedis reuerēter circūspecte ⁊ ꝯsiderate. vñ apl̄s. j. ad Corinth̄. xj. Judiciū sibi manducat ⁊ bibit. qd̄ apti⁹ insinuat cū subdit dicēs. Jō int̄ vos multi imbecilles. scz ꝑ fidei incōstantiaz. et infirmi. id ē. graui pctō sauciati. et dormiūt multi scz ꝑ torporē ⁊ desidiaz. O q̄ graues angustie. o q̄nte angustie me vndiq̄ affligētes. accedere indigne horrendū est iudiciū nō accedere ex notabili negligētia vel contemptu dānabil̄ est culpa. Beda. Nā cū sacerdos est absq̄ pctō mortali. et in ꝓposito bono nō hñs legitimū impedimētū. ⁊ non ex reuerentia sed ex negligētia celebrare omittit tūc q̄ntū in ip̄o est priuat trinitatem laude ⁊ gl̄ia. angelos leticia. pctōres venia. iustos subsidio ⁊ gr̄a. in purgatorio existentes refrigerio. eccl̄iam xp̄i spūali beneficio. ⁊ seip̄m medicina ⁊ remedio ꝯtra q̄tidiana pctā ⁊ infirmitates. Quia sic ait Amb̄. Si q̄tienscūq̄ effundit̄ sanguis xp̄i totiēs in remissionē effundit̄. debeo illū semꝑ accipere vt semꝑ mihi pectā dimittant̄. q̄ semꝑ pecco semꝑ debeo accipe medicinā. Jtez ꝑuat se om̄ib⁹ talib⁹ ꝓueniētib⁹ ex sacra cōmunione q̄ sunt pctōꝝ remissio. fomitis mitigatio. ment⁹ illumīatio. interior refectio. xp̄i ⁊ corꝑis ei⁹ mystici incorporatio. ꝟtutū roboratio. ꝯtra diaboluz armatio. fidei certitudo. spei eleuatio. caritat⁹ excitatio. deuotionis augmētatio. ⁊ angeloꝝ cōuiuatio. Jtē nō cōplet sibi iniūctū magne dignitat⁹ obsequiū. nec officiū exercet debite seruitut⁹ dei. ⁊ tñ scriptuz est. Maledict⁹ q̄ facit op⁹ dei negligent̄. Jtē ꝯtemnit christi p̄ceptuz de obseruātia hui⁹ sacramēti. iō xp̄s cōminatur. Nisi māducaueritis carnē filij hoīs ⁊c. Jtem abijcit viaticū sue ꝑegrinationis. exponens se ꝑiculo mortis. qꝛ nisi recipiat alimentū corꝑis christi ⁊ vite vegetationē. efficit̄ sicut aridū membrū ad qd̄ nō transmittit̄ corꝑalis cibi nutrimentuz. Ultimo quātū in se est euacuat diuinū cultū ⁊ latriam creatori debitā ingrat⁹ de bñficijs. Numeri. ix. Si q̄s mūdus est scz a pctō mortali. ⁊ in itinere nō fuerit scz alit̄ impeditus ⁊ nō fecerit phase. anīa illa de ꝓpl̄o suo exterminabit̄. qꝛ sacrificiū nō obtulit deo domino tpe suo. Ergo quātū potes toto conatu ꝑ exercitiū boni opis. lachrymarū ꝯtritionē ⁊ deuotiōis flāmā expelle a te oēm teporem ⁊ negligentiam ne inueniar⁹ respuere tantorū carismatū dona.

¶ Qualiter homo accenditur. et ꝑ que ad celebrandum ⁊c.

Si vis accendi ad amorē ꝯsidera tota mēte ista duo. Prīo illi⁹ sūme caritat⁹ incēdiū q̄ sūma bōitas ⁊ benignitas ꝓ te vermiculo fetido tam penose sustinuit crucis obprobriuz. Scdo illi⁹ nobilissimi corꝑis cibationē. dulcissimāq̄ sanguinis potionē. Primo attēdas illam beatissimā mortē discutiēs cām. Causa autē alia nō fuit nisi necessitas nr̄e redēptionis. Omīs aūt lex ꝓ lese maiestatis offensione offendentē iudicat reū mortis. Huius rei cā cū pctīs exigentib⁹ essem⁹ rei mortis ꝓ recōpensatiōe tanti debiti. miserās deus humane miserie. ⁊ parcēs nr̄e morti ꝓuidit ⁊ cōcessit p̄oribꝫ ꝓ morte hoīm cedem fieri aīaliū. ⁊ offerri sibi hostias ⁊ sacrificia placationis. vt q̄tiens q̄s peccaret totiēs erat ꝓ eo necessariū hostias imolari q̄ oīa figure erāt ⁊ vmbre donec xp̄s caput hūani generis mitteret̄ viua ⁊ rōnabil̄ hostia absq̄ pctō. q̄ ꝓ om̄ib⁹ hoīb⁹ seip̄m ex amore offerret ad mortē ꝓ nr̄e mort⁹ redemptiōe. Sz quia nō debuit pluries mori. eo q̄ illa vna mors satisfecit ꝓ pctīs oīb⁹ factis ⁊ fiendis. ideo sufficit q̄ illā vnam hostiaz corꝑis sui

quondā ꝓ nobis semel immolataꝫ. moriēs relinqueret q̄tidie a nobis ꝓ residuis delictorū mystice offerendā deo pr̄i ꝓ cōmutatione nr̄e mortis cui q̄tidie sumus obnoxij ꝑ pctm̄. Vñ Aug⁹. Iterat̄ q̄tidie hec oblatio licet semel christ⁹ passus sit. qꝛ quotidie peccam⁹ pctis sine quib⁹ mortalis infirmitas viuere nō potest. Et qꝛ q̄tidie labimur. quotidie ꝓ nobis christ⁹ mystice īmolatur. Hec ille. Propter h̄ quicq̄d agit̄ in missa et om̄is ornat⁹ ⁊ cerimonia nihil aliud repre/sentat nisi christi passionē. ob h̄ sup̄ om̄ia ē necessaria xp̄i mortis mēoria in missa. Vñ ip̄e xp̄s Luce. xxij hoc facite in meā cōmemorationē. Et. j. ad Corinth. xj. Quotiens/cūq̄ mādūcabitis ⁊c̄. mortē dn̄i annūciabitis donec veniat scꝫ ad iudiciū. Dū ḡ accedis dic ex toto corde. Ecce celestis pater recolens mortē illā vnigeniti filij tui domini nr̄i iesu xp̄i offero tibi hāc hostiaꝫ quam ip̄e olim obtulit ꝓ mea ⁊ toti⁹ mūdi salute. Ecce ad altare tue maiestatꝫ trāsmitto oblationē viuā. quā tu in miseratōe multa misisti ad altare crucis immolādā ꝓ nob̄. Recordare ergo illi⁹ sacrosctī sudoris q̄si gutte sanguinis decurrētis in terrā. Respice illam virgineā carnē verberib⁹ crudelit̄ flagellatā. colaphis ⁊ alapis cesam. liuorib⁹ tumidā. sputis maculatā. sanguine cruentatā. spinis ꝑforatā. clauis cōfixā. lancea vulneratā. Illa ergo pietas q̄ filiū tuū traxit ⁊ vicit vt in statera crucis toti⁹ mundi pctā libraret. ip̄a te cogat pr̄ mis̄ere nob̄ mis̄erꝫ Respice obsecro nō nr̄a pctā. sꝫ in faciē christi tui. Nō em̄ in iustificationib⁹ nr̄is p̄ces nr̄as ꝓsternim⁹. sed in multitudine miserationū tuarū. Scd̄o si vis ad amorē accēdi ⁊ inflāmari ꝯsidera illi⁹ sacri corp̄is cibationē dulcissimā. ⁊ vide q̄ꝫ bonus ⁊ suauis est spūs eius in nobis q̄ꝫq̄ cōgrua et vtilia ꝓuidit nobis pr̄ noster celestis viuificantia alimenta.

Quare necesse sit anīe nostre recipe sacramentum.

Quia em̄ rōnalis creatura ad hoc facta est vt sit capax ⁊ particeps bonitatis dei. ex q̄ participatiōe viuere ⁊ ad beatū esse ꝑuenire debꝫ. sine q̄ ex se ad nihilū tendit et ad mortē sempiternā. nisi ꝑ cibū viuificantē iugiter vegetet̄ ex participatione diuīe v̄tutis ⁊ gl̄ie. Quā participationē ideo comestionez voco. qꝛ sicut corp⁹ aniale ꝑ cibū viuificat̄ calefit ⁊ impinguat̄. sic anīa rōnalis ꝑ spiritū xp̄i quo frui debꝫ pleno affectu ⁊ intellectu nutrit̄ ⁊ inflāmat̄. Et sicut angeli in patria pleno haustu bibunt de spū ꝑhenni ⁊ viuo fonte lumīs ac satiant̄ ab vbertate dom⁹ eius. Sic sapiētia ante p̄uidit vt rōnales anīas hominum q̄s tā care redemit et ꝑ grām magnificauit ac effecit similes angel' dei. cibaret illo pane quo angl'i nutriunt̄. sine quo nec illi nec isti viuere possunt. ⁊ hoc ꝑ aliquē modū cōuenientē nobis paruulis. qꝛ impossibile est nobis comedere cū isto mortali corpe illū panē vite in soliditate ꝓprie forme scꝫ diuinitatis. Jō vt nobis comestibilē cibū p̄beret sub forma ꝯuenientiori scꝫ panis ⁊ vini corp̄alis dandū ꝓpter ꝯuenientē similitudinē panis ad panē. ⁊ refectiōis ad refectionem. vt sicut angelos viuentes spūs cibat verbo increato. sic mortales homīes cibat v̄bo incarnato in sacr̄o suscepto. vñ dictuꝫ est. panē angeloꝝ mādūcauit homo ⁊c̄. Et ego sum panis viuus q̄ de celo descēdi ⁊c̄.

Itē nota q̄ sicut cura est deo de corpore anīalis cuiuscūq̄ ꝓuidere illi cibū cōuenientē. sic cura est eidē de nutrimēto nobilissimi sui corp̄is mystici. qd̄ est eccl'ia. cui⁹ christus filius dei est caput. nec aliūde debꝫ vegetari ⁊ viuere q̄ꝫ a capite suo. vt oīa membra scꝫ viri iusti vnita ⁊ sibijnuicē coherentia in xp̄o capite ip̄ius spū ⁊ amore nutriantur ꝑ hoc sacr̄m vnitatis ⁊ pacis. ac ꝑ hoc sicut nō est vita corp̄i absq̄ incorp̄atōne cibi ꝯuenientis ei. sic anīe rōnali nō est vita spiritualis sine incorp̄atione et inuisceratōne hui⁹ cibi spūalis sibi cōuenientis. Vñ inq̄t xp̄s. Qui mādūcat me viuit ꝓpter me. Hec autē est differētia inter comestionē corp̄alē ⁊ spūalem. qꝛ ibi cibus comestus transit in substātiā ⁊ nutrimentū comedētis. hic vero comedēs incorp̄atur xp̄o ⁊ trāsit in amorem ⁊ vnitatē spirit⁹ xp̄i. Ideo dictum fuit btō Augustino. Nō ego mutabor in te. sed tu mutaberis in me. id est. in mei similitudinē. scꝫ bonitatez. sctitatem ⁊c̄. sicut ignis ferrū sibi in sil'itudinē cōuertit.

Propter q̄d ⁊ ꝓpter quā causam cōmunicandū sit.

Quarto ⁊ vltimo ꝓba teipsum ꝓpter q̄d aut ꝓpter quaꝫ causam accedis. Et hic dirige aciē mentis ad duo p̄cipue. scꝫ ad purū affectū ⁊ desideriū sctm̄.

rum. vbi vnusq̃sq; tm̃ diligit proximũ suũ quantũ seip̃m. ⁊ tantũ de suo gaudio gaudet quãtũ diligit. Ita etiã quisq; plus absq; estimatiõe de dei q̃ de sua ⁊ oĩm electoꝝ gaudet felicitate. qꝛ sicut deũ toto corde tota ania tota mente diligit. ita ad plenitudinẽ gaudij illi⁹ totũ cor. tota ania. tota mẽs nõ sufficit. Quia tantũ gaudebũt quantuz amabũt. tantũ amabũt quantũ videbunt. Certe nec oculus vidit. nec auris audiuit. nec in cor homis ascẽdit quantum te amabunt ⁊ cognoscẽt scti dei. Oro deus meus. cognoscã te. amem te. vt eternalit gaudeaz de te. Et si nõ possum ad plenũ in hac vita crescat saltẽ hic noticia tui ⁊ amor. vt ibi sit plenum gaudiũ. hic sit in spe. ⁊ ibi sit in re. Dñe pater ꝑ filiũ tuũ hic iubes ĩmo consulis petere. ⁊ ꝓmittis accipe. vt gaudiuz nostrũ plenũ sit. Peto dñe quod ꝑ admirabilem consiliariũ tuũ ꝯsulis petere ⁊ ꝓmittis accipe. vt gaudiũ nostrũ sit plenũ. meditet de hoc mens mea. sermocinet os meũ. loquat inde lingua mea. esuriat ania mea. sitiat caro mea. donec intret in gaudiuz dei mei. qui est trinus ⁊ vnus benedictus in secula. Amen.

¶ Finit soliloquiũ sancti Bonauẽture de quattuor mentalib⁹ exercitijs.

¶ Prologus Bonauenture in itinerariũ mentis in deum.

In principio primum priucipiũ (a quo cũcte illuminatiões descendũt tanq̃ a patre luminũ. a q̃ est om̃e datũ optimuz. et om̃e donũ ꝑfectũ) patrẽ scz eternũ inuoco ꝑ filiũ eius dñm nostrũ iesum christũ. vt intercessione sctissime v̄ginis marie genitricis eiusdez dei ⁊ dñi nr̃i iesu christi. et beati francisci ducis ⁊ p̃ris nr̃i det illumiatos oculos mentis nr̃e. ad dirigẽdos pedes nostros in viã pacis illi⁹. que exuperat omnẽ sensum. quã pacẽ euãgelizauit ⁊ dedit dñs noster iesus christ⁹. cui⁹ p̃dicatiõis repetitor fuit pater nr̃ sanct⁹ Francisc⁹. in omni sua p̃dicatiõe pacẽ in p̃ncipio ⁊ fine annuncians. in om̃i salutatiõe pacẽ optans. in omni ꝯtemplatiõe ad extaticã pacẽ suspirans. tanq̃ ciuis illi⁹ hierusalez. de qua dicit ille vir pacis. q̃ cũ his qui oderũt pacẽ erat pacificus. Rogate q̃ ad pacẽ sunt hierusalez. Sciebat em̃ q̃ thron⁹ salomonis nõ erat nisi in pace. cũ scriptuz sit. In pace fact⁹ est locus ei⁹. ⁊ habitatio ei⁹ in syon. Cũ igit exemplo beatissimi p̃ris nr̃i francisci hãc pacem anhelo spũ querere ego pctõr. q̃ loco illius p̃ris beatissimi post ei⁹ transituz septimus in generali fratrũ mĩsterio. ꝑ oĩa indignus succedo. ꝯtigit vt nutu diuino anno post ip̃i⁹ beati p̃ris trãsitũ. xxxiij. ad montẽ aluerne tanq̃ ad locũ quietũ. amore q̃rendi pacẽ spũs declinarẽ. ibiq; existens dum mente tractarez aliq̃s mẽtales ascẽsiones i deũ. inter alia occurrit illud miraculũ. qd̃ ĩ p̃dicto ꝯtigit loco ip̃i btõ frãcisco. de visione videlicz seraph alati instar crucifixi. In cui⁹ ꝯsideratiõe statim visum est mihi q̃ visio illa p̃tenderet ip̃i⁹ p̃ris nr̃i suspensionez in cõtemplãdo. ⁊ viã ꝑ quã ꝑuenit ad eam. Nã ꝑ senas alas illas recte intelligi possũt sex illumiationũ suspensiões. quib⁹ ania q̃i quibusdã gradib⁹ ⁊ itineribꝫ disponitur vt trãseat ad pacẽ. ꝑ extaticos excessus sapientie christiane. Uia aũt nõ est nisi ꝑ ardentissimũ amorez crucifixi. qui adeo paulum ad terciũ celum raptuz transformauit in christum. vt diceret. Christo cõfixus sum cruci viuo ego iã non ego. viuit autẽ in me christus. Qui etiã adeo mentem Francisci absorbuit. quod mens in carne patuit. dũ sacratissima passiõis stigmata i corpore suo ante mortẽ per bienniũ deportauit. Effigies igit sex alarũ seraphicarũ. insinuat sex illuminationes scalares. que a creaturis incipiunt. ⁊ perducũt vsq; ad deum. ad quem nemo intrat recte nisi ꝑ crucifixũ. Naz qui non intrat per ostium in ouile. sed ascendit aliunde. ille fur est ⁊ latro. Si quis vero ꝑ hoc ostium introierit. ingredietꝫ ⁊ egredietur ⁊ pascua inueniet. Propter quod dicit Johes in Apocalypsi. Beati qui lauãt vestimẽta sua in sanguie agni. vt sit potestas eorũ in ligno vite. et per portas ingrediantur ciuitatẽ. Quasi diceret. Qꝛ per contemplationẽ ingredi nõ potest hierusalez supnam nisi ꝑ sanguinez agni intret tanq̃ per portam. Non em̃ dispositus est aliquo modo ad contẽplatiões diuinas. que ad mentales ducunt excessus. nisi cũ daniele sit vir desideriorꝫ. Desideria autẽ in nobis inflãmantur dupliciter. scilicet ꝑ clamorẽ orationis. que rugire facit a gemitu cordis et

per fulgorē speculatiōis. qua mens ad radios lucis directissime ⁊ intentissime se cōuertit. Igit ad gemitū ozonis p xp̄m crucifixū (p cui⁹ sanguinez purgamur a sordib⁹ vicioz) primū quidē lecrozē inuito. ne forte credat q̄ sibi sufficiat lectio sine vnctiōe. speculatio sine deuotiōe. inuestigatio sine ammiratiōe. circūspectio sine exultatione. industria sine pietate. scientia sine caritate. intelligētia sine humilitate. studiū absq; diuina gr̄a. speculū absq; sapīa diuinit⁹ inspirata. Preuentis igit diuia gr̄a humilib⁹ et pīs. cōpunct⁹ ⁊ deuot⁹. vnctis oleo diuine leticie ⁊ amatorib⁹ diuīe sapie. ⁊ ei⁹ desiderio inflāmatis. vacare volentib⁹ ad deū magnificandū. amandū ⁊ etiā degustandum. speculatōes subiectas ꝓpono. insinuans q̄ parū aut nihil est speculū exterius ꝓpositū. nisi speculū mentis nr̄e versum fuerit ⁊ politū. Exerce igit te homo dei ꝑ⁹ ad stimulū ꝓscientie remordentē. ante q̄s oculos eleues ad radios sapiētie in ei⁹ speculo relucētes. ne forte ex ipa speculatione radioz. in grauioz incidas foueā tenebraz. Placuit aūt distinguere tractatū in septē capitula. premittēdo titulos ad facilioz̄ intelligētiā dicendoz. Rogo igit q̄ magꝫ pensēt intentio scribentꝫ q̄s op⁹. magis dictoz sensus q̄s sermo inculc⁹. magꝫ veritas q̄s fmonū venustas. magꝫ exercitatio affect⁹ q̄s eruditio intellect⁹. Qđ vt fiat. nō est hanc speculationū ꝓgressus ꝓfunctorie trāscurrēdus sed morosissime ruminādus.

¶ Finit prologus.

Incipiūt capitula.

Primū capitulū de gradib⁹ ascēsionis in deū. ⁊ de speculatiōe ip⁹ per vestigia ei⁹ in vniuerso. Secūm de speculatiōe dei in vestigiis suis in ꝫ sensibili mūdo. Terciū de speculatiōe dei p suā imaginē. naturalib⁹ potēt̄iis insignitā. Quartū de speculatiōe dei in sua imagine donis gratuit⁹ reformata. Quintum de speculatiōe diuīe vnitatis p ei⁹ nomen primariū. qđ est esse. Sextū de speculatione beatissime trinitat⁹ in ei⁹ nomīe. qđ est bonū. Septimū de excessu mētali ⁊ mystico. in q̄ requies dat intellectui. affectu transliter in deū p excessum trāseunte.

¶ Incipit speculatio pauperis in deserto.

Primum capitulū de gradib⁹ ascensionis in deū. ⁊ de speculatione ip⁹ p vestigia eius in vniuerso.

Beatus uir cuius est auxiliū abs te. ascēsiones in corde suo disposuit in valle lachrymaz in loco quē posuit. Cū beatitudo nihil aliud sit q̄z summi boni fruitio. ⁊ summū bonū sit sup̄ nos nullus pōt effici beat⁹. nisi sup̄ seip̄m ascendat. nō ascensu corpali sed ascensu cordiali. Sed supra nos leuari nō possum⁹ nisi per fortitudinē sup̄iorē nos eleuātē. Quātūcūq; em̄ gradus interiores disponank. nihil fit nisi diuinū auxiliū comitet. Diuinū aūt auxiliū comitat eos. q̄ petūt ex corde humilit⁹ ⁊ deuote. ⁊ hoc est ad ip̄m suspirare i hac lachrymarū valle. quod fit p feruentem oratiōnē. Oratio igit mater ⁊ origo est sursum actionis in deū. Ideo Dionysius in libro de mystica theologia. volens nos instruere ad excessus mentales ꝓmo p̄mittit oratiōnē. Oremus igit ⁊ dicamus ad dominū deum nostrū. Deduc me dñe in via tua. et ingrediar in veritate tua. Letet⁹ cor meum vt timeat nomē tuū. In hac oratiōe orando illumīamur ad cognoscēdū diuine ascēsionis gradus. Cū em̄ fm statū ꝓditionis nostre ip̄a rerū vniuersitas sit scala ad ascēdendū in deum. ⁊ in reb⁹ quedā sint vestigium. quedā imago. quedā corpalia. quedaz spūalia. quedā tempalia. quedaz euiterna. ac p hoc quedā extra nos. quedā intra nos ad hoc q̄ gueniamus ad primū principiuz considerandū. q̄ est spiritualissimū et eternum. et supra nos. oportet nos transire p vestigiū quod est corpale ⁊ temporale ⁊ extra nos. et hoc est deduci in via dei. Oportet etiā nos intrare ad mentez nostrā que ē imago dei euiterna ⁊ spiritualis ⁊ itra nos. et hoc est ingredi in veritatē dei. Oportet etiā nos trāscendere ad eternū spiritualissimū et supra nos. aspiciēdo ad ꝓmum ꝓncipium. et hoc est letari in dei noticia et reuerentia maiestatis. Hec est igit via trium dierū in solitudine. Hec est triplex illuminatio vnius diei. et prima est sicut vespera. secunda sicut mane. tercia sicut meridies. Hec respicit triplicē rerum existentiā. scilicet in materia. in intelligētia. ⁊ in arte diuina. fm quaz dictum est. fiat. fecit. et factum

est. Hec etiã respicit triplicẽ substantiaz in christo. q̃ est scala nr̃a. scz corpalẽ. spũalez z diuinã. Scõm hũc triplicẽ pgressum. mẽs nr̃a tres habz aspect⁹ ꝑncipales. Unus est ad corpalia exteriora. ſm quẽ vocat aníalitas seu sensualitas. Alius intra se z ĩ se. ſm quẽ ꝺr spũs. Tercⁱ⁹ est sup̃ se. ſm quẽ dicit mens. Ex q̃bꝫ oĩbꝫ disponere se debz ad ꝓscendendũ in deuz. vt ipm diligat ex tota mente. ex toto corde. z ex tota anía. in q̃ consistit pfecta legis obſuatio. z simul cũ h̃ sapientia christiana. Quoniã aũt q̃libet p̃dictoꝝ modoꝝ geminat̃. ſm q⁹ contingit cõsiderare deũ vt alpha z o. seu ĩq̃ntũ contingit videre deũ in vnoquoq̃ p̃dictoꝝ modorũ. vt p speculuz. z vt in speculo. seu q⁹ vnaquecq̃ istaꝝ ꝓsiderationũ habet cõmiscere alteri sibi ꝺiuncte. z bz ꝓsiderari in sua puritate. Hinc est q⁹ necesse est hos tres g̃dus ꝑncipales ascẽdere ad senariũ. vt sic de⁹ sex diebꝫ pfecit vniersum mũdũ. z in septio requieuit. sic minoꝝ mũdus sex g̃dibꝫ illuminationũ sibi succedentiũ. ad quietẽ ꝺtẽplationis ordinatissime pducat̃. In cui⁹ rei figura sex gradibꝫ ascẽdebat̃ ad thronũ salomonis. Seraphin (que vidit Isaias) senas alas habebant. Post sex dies vocauit de⁹ moysen ꝺ medio caliginis. Et christus post sex dies. vt ꝺr in Matheo duxit discipulos in montẽ. z trãsfiguratꝰ est ante eos

Juxta igit̃ sex grad⁹ ascẽsionis in deum. sex sunt grad⁹ potẽtiaꝝ anie. p q̃s ascendimus ab imis ad summa. ab exterioribꝫ ad intima. a tpalibꝫ ad eterna. scz. sensus. imaginatio. rõ. intellect⁹. intelligẽtia. z apex mẽtis seu synderesis scintilla. Hos grad⁹ habem⁹ in nobis plãtatos p naturã. deformatos p culpã. reformatos p gr̃az. purgãdos p iusticiã. exercẽdos p scientiaz. pficiendos p sapientiã. Scõm em̃ ꝓmã nature institutionẽ creat⁹ fuit hõ habilis ad ꝺtẽplatiõis quietẽ. z iõ posuit eũ de⁹ in paradiſo delicarũ. Sed auertẽs se a ꝺo lumĩe ad cõmutabile bonũ. incuruat⁹ est ipe p culpã. ꝓpriã z totũ gen⁹ suũ p originale pctm̃. q̃ dupliciter infecit hũanã naturã. s. ignorãtia mentẽ. z ꝓcupiscẽtia carnẽ. ita q⁹ excecat⁹ homo z incuruat⁹ in tenebris sedet. z celi lumẽ nõ videt nisi sibi succurrat gr̃a cũ iusticia ꝺtra ꝓcupiscentiã. z scia cũ sapiẽtia ꝺtra ignorãtiã. q̃ totuz fit p iesum xp̃m. q̃ factꝰ est nob a deo sapia z iusticia. z sanctificatio z redẽptio. Qui cũ sit dei ẏtus z sapia. sit verbum incarnatũ plenũ gr̃e z veritat̃. gr̃am z veritatẽ fecit. gr̃am scz charitat̃ infudit. que cũ sit de corde puro z ꝓscia bona. z fide non ficta. totã aiaz rectificat. ſm triplicẽ ip⁹ aspectũ supra dictũ. Scientiã veritat̃ edocuit ſm triplicẽ modũ theologie. scz symbolice ꝓprie z mystice. vt p symbolicã rectevtamur sensibilibꝫ. p ꝓpriã recte intelligibilibꝫ. p mysticam rapiamur ad supmẽtales excessus. Quicũq̃ g̃ vult in deũ ascẽdere. necesse est vt vitata culpa deformãte naturã. naturales potẽtias sup̃ dictas exerceat. ad gratiã reformantẽ. z h̃ p oꝛonẽ. ad iusticiã purificantẽ. z h̃ in ꝓuersatiõe. ad sciam illuminãtem. z h̃ in meditatiõe. ad sapiẽtiã pficientẽ z h̃ in ꝺtemplatiõe. Sicut igit̃ ad sapiaz nemo venit nisi p grãm. iusticiã z sciam. sic ad ꝺtemplationẽ nemo venit nisi p meditationẽ p̃spicuã. ꝓuersationẽ scrãm z oꝛonez deuotã. Sicut igit̃ gr̃a fũdamẽtũ ẽ rectitudinis volũtatis. z illustratiõis p̃spicue rõnis. sic p̃mo oꝛandũ est nob. deinde scẽ viuendũ. tercio spectacul' vitat̃ itẽdẽdũ. z intendendo gradatim ascẽdenduz. q̃usq̃ veniat̃ ad montẽ excelſũ. vbi videat de⁹ deoꝝ ĩ sõ Qm̃ igit̃ p⁹ ẽ ascẽdere q̃ descẽdere ĩ scala iacob. ꝑmũ graduz ascẽsionis collocem⁹ in ímo. ponendo totũ istũ mundũ sensibilem nobis tanq̃ speculũ. p q̃ trãseam⁹ ad deũ opificẽ sum mũ. vt sim⁹ veri hebrei trãseuntes de egypto ad terrã p̃mib⁹ repromiſſam. simus z christiani cũ xp̃o trãseuntes ex hoc mũdo ad p̃em. sim⁹ z sapie amatores que vocat z dic̃. Trãsite ad me oẽs q̃ ꝺcupiscit̃ me. z a generatiõibꝫ meis adimplemini. A magnitudine em̃ speciei z creature cognoscibiliter poterit hoꝝ creator videri. Relucet aũt creatoꝛis summa potẽtia. sapientia z beniuolẽtia in rebꝫ creatis. ſm q̃ h̃ tripliciter nũciat sensus carnis sensui interiori. Sensus em̃ carnis aut defuit intellectui rõnabiliter inuestigãti. aut fidelit̃ credenti aut intellectualit̃ ꝺtemplãti. Contẽplans ꝺsiderat rez existentiã actualẽ. credẽs rerũ decursum habitualẽ. ratiocinãs rerũ pcellentiã potentialẽ. Primo mõ aspectus ꝺtemplantis res in seipis ꝺsiderãs. videt in eis pondus. numerũ z mensurã. Pondus quo ad sitũ vbi inclinant̃. numerũ q̃ distinguũtur. z mensurã q̃ limitant̃. Acp hoc videri eis modũ. speciẽ z ordinẽ. necnõ substãtiã.

virtutē ꝛ opationē. ex quibꝫ ꝺsurgere ꝑt sicut ex vestigio ad intelligendū potentiam. sapientiā ꝛ bonitatē creatoris immensaz. Scō modo aspectꝰ fidel' ꝺsiderans hunc mundū. attēdit originē. decursum ꝛ terminū. Ā fide credimꝰ aptata esse secula ꝯbo vite. Fide credimꝰ triū legū tpa. secz nature scripture ꝛ grē sibi succedere. ꝛ ordinatissime decurrisse. Fide credimus mundū ꝑ signale iudiciū terminādū fore. In ꝓmo potētiam. in scō. prudentiā. in tercio iusticiam summi ꝓncipij aduertēres. Tercio modo aspectꝰ ratiocinātz inuestigās videt quedā tm̄ esse. quedā aūt tm̄ esse ꝛ viuere. quedaz vero esse viuere ꝛ discernere. Et ꝓma q̄dez esse minora. scda media. tercia meliora. Videt iterꝫ quedā tm̄ esse corpalia. q̄dam partim corpalia partim spūalia. ex q̄ aduertit aliq̄ esse mere spūalia tanq̄z vtriscz meliora ꝛ digniora. Videt nihilominꝰ quedaz esse mutabilia ꝛ corruptibilia. vt terrestria. q̄dam mutabilia ꝛ incorruptibilia. vt celestia. ex quo aduertit quedā esse īmutabilia ꝛ incorruptibilia. vt supcelestia. Ex his ꝑ visibilibꝫ surgit ad ꝺsiderandū dei potentiaz. sapiam ꝛ bonitatē. vt entē. viuentē ꝛ intelligentē. mere spūalē ꝛ incorruptibilē ꝛ intrāsmutabilē. Hec aūt ꝺsideratio dilatat ꝰm septiformē ꝺditionē creaturaꝝ. que est diuine potētie. sapiētie ꝛ bonitatis testimoniū septiforme. Si ꝺsideret cunctaꝝ rerū origo. magnitudo. mltitudo. pulchritudo. plenitudo. opatio ꝛ ordo. Origo nanq̄z reruz ꝰm creationē. distinctionē ꝛ ornatū q̄ntuz ad opa ser dierū diuinā ꝓdicat potentiaz. cuncta de nihilo ꝓducentē. sapiam. cuncta lucide distinguentē. ꝛ bonitatē. cuncta largiter adornantē. Magnitudo aūt rez ꝰm molē longitudinis. latitudinis ꝛ pfunditatis ꝰm excellentiā virtutz longe lateq̄z et pfunde se extendentz. sicut ptz in diffusione lucis ꝰm efficaciā opatiōis intime. ꝓtinue ꝛ diffuse. sicut ptz in opatiōe ignis. manifeste indicat immēsitatē potētie. sapie ꝛ bonitatis trini dei. q̄ in cūctis creaturz ꝑ potentiā. ꝑsentiā ꝛ essentiā incircūscriptus existit. Mltitudo vero rerū ꝰm diuersitatē generalem. specialē ꝛ indiuidualē. in substantia. in forma seu figura ꝛ efficacia. vltra omnē humanā estimationē. manifeste triuz ꝓdicrarū conditionū in deo. īmēsitatē insinuat ꝛ ondit. Pulchritudo aūt rerū ꝰm varietatē luminū. figurarū ꝛ colorū. in corporibꝫ simplicibꝫ. mixtis ꝛ etiā cōplexionatis. sicut in corpibꝫ celestibꝫ et mineralibꝫ. sicut lapidibꝫ ꝛ metallis. plantis et anialibꝫ. tria ꝓdicta euidēt' ꝓclamat. Plenitudo autez rerū ꝰm q̄ materia est plena formis. ꝰm rationes semiales. forma est plena vtute. ꝰm actiuā potentiā. virtꝰ est plena effectibꝫ ꝰm efficientiā. idipm̄ manifeste declarat. Operatio multiplex. ꝰm q̄ est natural'. ꝰm q̄ est artificialis. ꝰm q̄ est moralis. sua multiplicissima varietate oñdit immēsitatē illiꝰ virtutis. artis ꝛ bonitatz. que q̄dē est oibꝫ causa essendi. rō intelligēdi. ꝛ ordo viuēdi. Ordo aūt ꝰm rōnē duratiōis. situatiōis et influentie. secz ꝑ ꝓus ꝛ posteriꝰ. supius ꝛ inferius. nobiliꝰ ꝛ ignobiliꝰ. in libro creature insinuat manifeste ꝓmi ꝓncipij ꝓmitatē. sublimitatē ꝛ dignitatē quātū ad infinitatez potentie. Ordo vero diuinaꝝ legū. ꝓceptoꝝ ꝛ iudicioꝝ. in libro scripture immēsitatē sapientie.. Ordo aūt diuinoꝝ sacramentorū beneficioꝝ ꝛ retributionū in corpe ecclesie immēsitatē bonitatis. ita q̄ ipe ordo nos ꝓmū ꝛ summū potētissimū ꝛ sapiētissimū ꝛ optimū euidētissime manuducit. Qui igitur tantz rex creataꝝ splēdoribꝫ nō illustratur cecꝰ ē. q̄ tantz clamoribꝫ nō euigilat surdus est. q̄ ex oīnibꝫ his effectibꝫ deum non laudat mutꝰ est. q̄ ex tantis indicijs ꝓmuz ꝓncipiū nō aduertit stultꝰ est. Aperi g̃ oculos. aures spūales admoue. labia tua solue. ꝛ cor tuū appone. vt in oibꝫ creaturis deum tuū videas. audias. laudes. diligas et colas. magnifices ꝛ honores. ne forte ꝺtra te vniuersus orbis terraꝝ ꝺsurgat. Ā ob hoc pugnabit orbis terrarū cōtra īnsensatos. ꝛ ecōtra sensatis erit materia gl'ie. qui ꝰm ꝓphetā possūt dicere. Delectasti me domine in factura tua. ꝛ in opibꝫ manuū tuarū exultabo. q̄z magnificata sunt opera tua dñe. oīnia in sapia fecisti. impleta est terra possessione tua.

¶ De speculatione dei in vestigijs suis iß sensibili mōo. Cap. II. ꝛ gradus scōus.

SEo quoniā circa speculū sensibiliū nō solum contingit ꝓtemplari deū ꝑ ipa tanq̄z ꝑ vestigia. verūetiā in ipis inquantū est in eis ꝑ essentiā. potentiā ꝛ ꝑsentiaz. Et hoc ꝺsiderare est altꝰ q̄z ꝓcedens. ideo bu-

ſſ

iusmodi ꝯsideratio secundū tenet locum. tanq̄ secūdus ꝯtemplatiōis gradus. quo debem⁹ manuduci ad cōtemplandū deuz in cunctis creaturis q̄ ad mentē nostrā intrant ꝑ corꝑales sensus. Notanduz igit̄ ꝙ iste mūdus sensibil' (qui dicit̄ macrocosmus) intrat ad animā nostraz. q̄ dicit̄ microcosmus. id est minor mūdus ꝑ portas quinq̄ sensuū. ꝟm ipoꝝ sensibiliū apprehensionē. oblectationē ⁊ dijudicationē. Qd̄ patet sic. Nā in eo quedā sunt generātia. quedā generata. quedā regentia hec ⁊ illa. Generantia sunt corꝑa simplicia. scz corꝑa celestia. et q̄ttuor elemēta. Nā ex elemētis per virtutē lucis recōciliantꝫ ꝯtrarietatem elementorū in mixtis. habēt generari ⁊ ꝓduci quecūq̄ generant̄ ⁊ ꝓducunt̄ ꝑ operationē virtutꝫ naturalis. Generata vero sūt corpora ex elemētis cōposita. sicut mineralia. vegetabilia. sensibilia. et corꝑa hūana. Regentia hec ⁊ illa. sunt substātie spūales. siue om̄ino ꝯiuncte. vt sunt anīe brutales. siue cōiuncte seꝑabiliter. vt sunt anīe rationales. siue om̄ino separate. vt sunt spirit⁹ celestes. q̄s philosophi intelligētias. nos angelos appellam⁹. Quib⁹ ꝟm phos cōpetit mouere corꝑa celestia. ac ꝑ hoc eis attribuitur administratio vniuersi. suscipiēdo a prima causa scz deo virtutꝫ influentiā. quā refundunt ꝟm opus gubernatōis. qd̄ respicit rerū ꝯsistentiā naturalē. Scd̄m autē theologos attribuit̄ eisdem regimen vniuersi ꝟm imperiū summi dei. quātū ad oꝑa reparationis. ꝟm q̄ dicunt̄ administratorij spirit⁹. missi ꝓpter eos q̄ hereditatē capiūt salutis. Homo igit̄ qui dicit̄ minor mūdus habet q̄nq̄ sensus q̄si q̄nq̄ portas. ꝑ quas intrat cognitio oīm q̄ sunt in mūdo sensibili ī animā ipius. Nā ꝑ visum intrant corꝑa sublimia ⁊ luminosa. ⁊ cetera colorata. ꝑ tactū vero corꝑa solida ⁊ terrestria. ꝑ tres vero sensus intermedios intrāt intermedia. vt per gustū aquea. ꝑ auditū aerea. ꝑ odoratū vaporabilia. que aliq̄d habēt d̄ natura humida. aliq̄d de aerea. aliquid de ignea seu calida. sicut ptz in fumo ex aromatib⁹ resoluto Intrant igit̄ ꝑ has portas tam corꝑa simplicia q̄ etiaz cōposita ex his mixta. Quia vero sensu percipim⁹ nō solū hec sensibilia particularia. q̄ sunt lux. sonus. odor. sapor. ⁊ quattuor ꝑmarie qualitates quas apprehendit tact⁹. verūetiaz sensibilia cōmunia. q̄ue sunt numer⁹. magnitudo. figura. quies ⁊ motus. et om̄e qd̄ mouet̄ ab alio mouet̄. ⁊ quedā seipis mouent̄ ⁊ quiescūt. vt sunt anīalia. dū ꝑ hos quinq̄ sensus mot⁹ corporū apprehendim⁹. manuducimur ad cognitionē motorū spiritualiuz. tanq̄ ꝑ effectū in cognitionē causarū. Intrat igitur quātū ad tria rerū genera in aniam humanā ꝑ apprehensionē tot⁹ mūdus iste sensibilis. Hec autē sensibilia exteriora sunt. que ꝑmo ingrediunt̄ ad aīam ꝑ portas quinq̄ sensuū. Intrāt inquā nō ꝑ substātias suas sed ꝑ similitudines suas. ꝑmo generatas ī medio. ⁊ de medio in organo exteriori. ⁊ de organo exteriori in interiori. ⁊ de hoc ī potentiā apprehensiuā. Et sic generatio speciei in medio. ⁊ de medio in organo. ⁊ conuersio potētie appꝫhensiue suꝑ illā. facit apprehensionē omniū eorū que exteri⁹ anīa apprehendit. Ad hāc apprehēsionē si sit rei cōuenientꝫ sequit̄ oblectatio. Delectat̄ autez sensus in obiecto ꝑ sil'itudinē abstractaz ꝑcepto. vel rōne speciositatis. sicut ī visu. vel rōne suauitatis. sicut in odoratu et auditu. vel rōne salubritatꝫ. sicut in gustu et tactu appropriate loquēdo. Om̄is aūt delectatio est ratiōe ꝓportionalitatis. Sed q̄m species tenet rōnez forme. virtutꝫ ⁊ operatiōis. ꝟm ꝙ habet respectū ad ꝑncipiū a quo manat. ad mediū ad qd̄ transit. ad terminū in quē agit. ideo ꝓportionalitas aut attendit̄ ī similitudine ꝟm ꝙ tenet rationē speciei seu forme. et sic dicit̄ speciositas. qꝛ pulchritudo nihil aliud est q̄ equalitas nūerosa. seu quidā partiū situs cum coloris suauitate. Aut attendit̄ ꝓportionalitas inquantū tenet rationē potētie seu ꝟtutis. ⁊ sic dicitur suauitas. cū viri⁹ agens nō improportionaliter excedit recipientē. qꝛ sensus tristat̄ in extremis. ⁊ in medijs delectat̄. Aut attēditur ꝓportionalitas inquātū tenet rōnem efficacie ⁊ impꝫssionis. que tūc est ꝓportionalis q̄n agens impꝫmendo replet indigētiaz patientis. ⁊ h̄ est saluare ⁊ nutrire ipm. qd̄ maxime apparet in gustu ⁊ tactu. Et sic apparet quō ꝑ oblectationē delectabilia exteriora. ꝟm triplicē rationē delectādi. ꝑ similitudinē intrāt in aniam. Post hāc apprehēsionē ⁊ delectationē fit dijudicatio. qua nō solū dijudicat̄ vtrū hoc sit albū vel nigrū. qꝛ hoc solū ꝑtinet ad sensum exteriorez. nō solū vtrū sit salubre vel nociuum. quia hoc

ptinet ad sensum interiorē. verūetiam qua dīudicat et ratio reddit q̄re hoc delectat. Et in hoc actu inquirit de rōne delectationis. q̄ in sensu pcipit ab obiecto. Hoc ē autem cū querit ratio pulchri. suauis et salubris. z inuenit. quia hec est ꝓportio equalitatis. Ratio aūt equalitatis est eadē in magnis z paruis. nec extendit dimēsionibus. nec succedit seu trāsit cum trāseuntibꝫ. nec mortibꝫ alterat. Abstrahit igit a loco. tpe et motu. ac p hoc est incōmutabil'. incircūscriptibilis. interminabilis z oīno spiritual'. Dīudicatio igit est actio. q̄ speciē sensibilē sensibiliter p sensus acceptā. introire facit. depurādo z abstrahendo in potentiā intellectiuā. Et sic tot' iste mūdus introire habet in aiam humanā p portas ānq̄ sensuum. sm tres opationes p̄dictas. Hec autem oīa sunt vestigia. in quibꝫ speculari possumus deū nostrū. Nā cū species apprehēsa sit sil'itudo in medio genita. z deinde ipi organo impssa. z per illā impssionē in suuz principiū. scz in obiectū cognoscenduz deducat. manifeste insinuat q̄ illa lux eterna generat et se similitudinē seu splendorē coequalē. consubstantialē z coeternalē. Et q̄ ille q̄ est imago z similitudo inuisibilis dei. z splendor glē. z figura substātie eius. q̄ vbiq̄ est p ꝓmā sui generationē. sicut obiectuz in toto medio suā generat similitudinez. p gr̄am vnionis vnit. sicut species corporali organo. indiuiduo rōnalis nature. vt p illā vnionē nos reduceret ad p̄rem. sic ad fontale principiū z obiectū. Si g oīa cognoscibilia habēt sui speciē generare. manifeste pclamant q̄ in illis tanq̄ in speculis videri potest eterna generatio v̄bi imaginis z filij. a deo patre eternalit emanātis. Scōm hunc modū species delectans vt speciosa. suauis z salubris insinuat. q̄ in illa ꝓma specie ē ꝓma speciositas. suauitas z salubritas in q̄ est summa ꝓportionalitas et equalitas ad generantē. in q̄ est virt'. non p phantasma sed p veritatez apprehensiōis illabens. in qua est impssio saluans z sufficiēs. z omnē appbendētis indigentiā expellens. Si ergo delectatio est ꝓiunctio ꝓuenientis cū ꝓuenīente. z sol' dei similitudo tenet ratione summe speciosi. suauis z salubris. z vnitur sm vitatē z sm intimitatē z sm plenitudinē replentē omnē capacitatez. manifeste videri potest q̄ in solo deo est fontalis z vera delectatio. z q̄ ad ipam et oīmibꝫ delectationibꝫ manuducimur requirendā. Excellentiori aūtē modo z imediatiori dīudicatio ducit nos in eternā veritatē. tercio̊ speculandaz. Si em̄ dīudicatio habet fieri p rationē abstrahentē a loco tpe z mutabilitate. ac p hoc a dimēsione. successiōe z trāsmutatione. p rationē immutabilē z incircūscriptibilē. z interminabilē. nihil autem est oīno imutabile. incircūscriptibile. z interminabile. nisi q̄ est eternū. oīne autē quod est eternū est de' vel in deo. Si ergo oīa quecūq̄ certi' dīudicam'. p hmōi rationē dīudicam'. patet q̄ ipe est ratio omniū rerū. z regula infallibilis. z lux veritatis. in q̄ cuncta relucēt infallibilit. indelibiliter. indubitanter. irrefragabilit. indīudicabilit. incōmutabiliter. incoartabiliter. interminabiliter. indiuisibiliter z intellectualiter. z ideo leges ille p quas iudicam' certitudinaliter de oīmibꝫ sensibilibꝫ in nostrā considerationē venientibꝫ. cū sint infallibiles et indubitabiles intellectui apprehendentis. sint indelibiles a memoria recolentiz tanq̄ semp p̄sentes. sint irrefragabiles et indīudicabiles intellectui iudicantiz. quia (vt dicit Augustin') nullus de eis iudicat. sed p illas. necesse est eas esse incōmutabiles z incorruptibiles tanq̄ necessarias. incoartabiles tanq̄ incircūscriptas. interminabiles tanq̄ eternas. ac p ꝫ indiuisibiles tāq̄ intellectuales z incorporeas. non factas sed increatas. eternalit existentes in arte eterna. a qua z p quā z sm quā formant speciosa oīa vel formosa. z ideo nec certitudinaliter iudicari possunt. nisi p illā q̄ nō tm̄ fuit forma cūcta ꝓducens. verūetiā cūcta cōseruans z distinguens tanq̄ ens in oīmibꝫ formā tenens. z regula dirigēs. z p quā diiudicat mens nr̄a cūcta que p sensus trāit in ipaz. Hec autē speculatio dilatat sm cōsiderationē septem differentiarū numerorū. quibꝫ quasi septez gradibꝫ cōscendit in deum. sm q̄ ostēdit Aug'. in libro de vera religione. z in sexto musice. vbi assignat differentias numeroz gradatim cōscendētiū ab his sensibilibꝫ vsq̄ ad opificē omniū. vt in oīmibꝫ videat deus. Dicit em̄ numeros esse in corpibus. z maxime in sonis z vocibus. et bos vocat sonantes. Numeros ab his abstractos. et in sensibꝫ nr̄is receptos. z bos vocat occursores. Numeros ab aia

ꝓcedentes in corp⁹. ſicut ptz in geſticulationib⁹ z ſaltationib⁹. z hos vocat ꝓgreſſores. Numeros in delectationib⁹ ſenſuū ex conuerſione intentiōis ſup ſpeciē receptam. et hos vocat ſenſuales. Numeros in memoria retentos. z hos vocat memoriales. Numeros etiā p quos de his oīmib⁹ iudicam⁹. z hos vocat iudiciales. q̄ vt dictū eſt neceſſario ſunt ſupra mentē tanq̄ infallibiles z indūdicabiles. Ab his autē imprimūtur mentib⁹ noſtris numeri artificiales. quos tamē inter illos grad⁹ nō enumerat Auguſtinus. qz cōnexi ſunt iudicialib⁹. et ab his manāt numeri ꝓgreſſores. ex quib⁹ creant numeroſe forme artificiatorū. vt a ſummis p media ordinat⁹ fiat deſcēſus ad infima. Ad hos etiā gradatim aſcēdamus a numeris ſonantib⁹. mediantib⁹ occurſorib⁹. ſenſualib⁹ z memorialib⁹. Cū ergo omnia ſint pulchra z quodāmodo delectabilia. z pulchritudo z delectatio nō ſint abſq̄ ꝓportione. z ꝓportio primo ſit in numeris. neceſſe ē oīa eſſe numeroſa. ac p hoc numerus eſt p̄cipuū in animo cōditoris exemplar. et in rebus p̄cipuū veſtigiū ducens in ſapientiā. Quod cū ſit oīmib⁹ euidentiſſimū z deo ꝓpinquiſſimū. ꝓpinq̄ſſime quaſi p ſeptē differentias ducit in deū. z facit euz cognoſci in cūctis corporalib⁹ z ſenſibilib⁹. dūq̄ numeroſa apprehendim⁹. in numeroſis ꝓportionib⁹ delectamur. z p numeroſarū ꝓportionū leges irrefragabiliter iudicam⁹. Ex his duob⁹ gradib⁹ primis. quib⁹ manuducimur ad ſpeculandū deū in veſtigijs. quaſi ad modū duarū alarum deſcendentium circa pedes colligere poſſum⁹. q̄ oīes creature iſtius ſenſibil⁹ mundi. animū cōtemplantis z ſapientē ducūt in deū eternū. propeo q̄ illi⁹ primi p̄ncipij potentiſſimi. ſapientiſſimi z optimi. illius eterne originis. lucē z plenitudinis. illi⁹ inquā artis efficientis. exemplātis z ordinantis. ſunt vmbre. reſonantie z picture. ſunt veſtigia. ſimulacra et ſpectacula. nobis ad cōtuendū deum ꝓpoſita. z ſigna diuinit⁹ data. Que inquā ſunt ſicut exemplaria vel poti⁹ exempla. ꝓpoſita mentib⁹ adhuc rudib⁹ z ſenſibilib⁹. vt p ſenſibilia que vidēt tranſferant ad intelligibilia que nō vident. tanq̄ p ſigna ad ſignata. Significant autē huiuſmodi creature huius mūdi ſenſibilis inuiſibilia dei partim. qz deus eſt oīmis creature origo. exemplar z finis. et oīmis effectus eſt ſignū cauſe z exemplatū exemplarē. z via finis ad quez ducit. partim ex ꝓpria repſentatōne. partim ex ꝓphetica p̄figuratiōe. partim ex angelica operatione. partim ex ſupaddita inſtitutiōe Oīmis eīm creatura ex natura eſt illi⁹ eterne ſapientie quedā effigies z ſimilitudo. ſz ſpecialiter illa q̄ in libro ſcripture p ſpiritū ꝓphetie aſſumpta eſt. ad ſpiritualiū p̄figurationē. Specialī⁹ autē ille creature. in q̄rum effigie de⁹ angelico miniſterio voluit apparere. Specialiſſime vero ea. quam voluit ad ſignandū inſtituere. que tenet nō ſolum rationē ſigni ſm nomen cōmune. vez etiā ſacramenti. Ex quib⁹ oīmib⁹ colligitur q̄ inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta cōſpiciunt. ita q̄ q̄ nolunt iſta aduertere. et deū in his omnib⁹ cognoſcere. benedicere et amare inexcuſabiles ſint. dū nolunt trāſferri de tenebris in admirabile lumē dei. Deo autē gratias p ieſum chriſtū dominū noſtrū. qui nos de tenebris trāſtulit in admirabile lumen ſuum. dū per hec lumina exteri⁹ data. ad ſpeculū mentis noſtre. in q̄ relucent diuia diſponimur ad reintrandū.

¶ De ſpeculatōne dei p ſuā imaginē. naturalib⁹ potentijs inſignitā.

Capitulū III. z gradus tercius.

QVoniam autem q duo gradus p̄dicti. ducēdo nos in deū p veſtigia ſua (p que i cunctis creaturis relucet) manduxerūt nos vſq̄ ad hoc. vt ad nos reintrarem⁹ in mentem ſcz noſtraz. in q̄ diuina relucet imago. Hinc eſt q̄ tā tercio loco ad noſmetipſos intrātes. et q̄ſi atriū ſozinſec⁹ relinquentes. in ſanctū ſcz anteriori parte tabernaculi. oīnari debem⁹ p ſpeculū videre deuz. vbi ad modū candelabri relucet lux veritatis in facie noſtre mentis. in qua ſcz reſplendet imago beatiſſime trinitatis. Intra igit ad teipm de q̄m mens tua amat feruētiſſime ſcire ipaz. nec ſe poſſet amare niſi ſe noſceret. nec ſe noſceret niſi ſui meminiſſet. quia nihil capimus p intelligentiā quod nō ſit p̄ſens apud noſtrā memoriā. Et ex hoc aduertis animā tuā triplicē habere potentiā. nō oculo carnis. ſed oculo ratōis. Conſidera igit harū triū potentiarū opationes z habitudines. et videre poteris deū p te tanq̄ per

imaginē.qđ est videre p speculū z ī enigma te. Operatio aūt memorie est retētio z re ꝑsentatio.nō solū ꝑsentiū z coꝛpaliū z tem poꝛaliū.verūetiā succedentiuꝫ.simplicium z sempiternaliū. Retinet nāq; memoria ꝑte rita p recoꝛdationē.ꝑsentia p susceptionez. futura p ꝓuisionē. Retinet etiā simplicia si/cut ꝓncipia quantitatū cōtinuaꝝ z discre/tarū.vt punctū.instans. z vnitatē.sine qb⁹ impossibile est meminisse aut cogitare ea q̄ ꝓncipiank p hec. Retinet nihilomin⁹ sci/entiarū ꝓncipia z dignitates.vt sempiter/nalia z sempiternaliter.qꝛ nunq; ꝑōt sic ob liuisci eoꝝ dūmodo ratiōe vtak. q̄n ea au/dita approbet.z eis assentiat.nō tanq; ō no/uo ꝓcipiat.sed tāq; sibi innata z familiaria recognoscat. Sicut ptꝫ.si ꝓponatur alicui de quolibet affirmatio vel negatio.vt.oīe totū est maius sua parte.vel q̄cunq; alia di gnitas.cui nō est ꝓtradicere.admittit rati/one. Ex ꝓma igit retentiōe actuali oīm tē/poraliū.ꝑteritoꝝ.scz ꝑsentiū z futuroꝝ.ha bet effigiē eternitatis.cui⁹ ꝑsens indiuisibi le ad oīa tꝑa se extendit. Ex scōa apparet q̄ ipa nō solum habet ab exteriori formari p phantasmata.verūetiā a supiori suscipiē/do z in se habēdo simplices formas.que nō possunt introire p portas sensuū z sensibi/liū phantasias. Ex tercia habeꝫ. q̄ ipa ha/bet lucē incōmutabilē sibi ꝑsentē. in q̄ me/minit inuariabiliū veritatū. Et sic p opera tiones memorie apparet q̄ ipa ania est ima go dei z silitudo.adeo sibi ꝑsens z eum ha/bens ꝑsentē q̄ cū actu capit.z p potentiaz capaz eius est.z particeps esse pōt. Ope ratio autē virtuz intellectiue est in ꝓcepti/one intellect⁹ terminoꝝ.ꝓpositionū et illa/tionū. Capit autē intellectus terminoꝝ si/gnificata.cū cōprehendit qđ est vnūquod/q; p diffinitionē. Sed diffinitio habet fie/ri p supioza.et illa p supioza diffiniri habēt vsq; quo veniaꝫ ad supna z generalissima.q̄ bus ignoratis nō possunt intelligi diffini/tiue inferioza. Nisi igit cognoscaꝫ quid est ens p se.nō ꝑt plene sciri diffinitio alicuius specialis substātie. Nec ens p se cognosci pōt. nisi cognoscaꝫ cū suis conditiōib⁹. que sūt vnum.verū.bonū. Ens autē cū possit cogi tari vt diminutū.z vt cōpletū.vt impfectuz et vt pfectū.vt ens in potētia.z vt ens in a/ctu.vt ens fm quid.z vt ens simpliciter.vt ens in parte.z vt ens totaliē.vt ens transi/ens.z vt ens manens.vt ens p aliud.et vt ens p se.vt ens pmixtū nō enti. z vt ens pu rum.vt ens dependēs.z vt ens absolutuz. vt ens posteri⁹.z vt ens ꝑus.vt ens muta/bile.z vt ens īmutabile.vt ens simplex.z vt ens cōpositū.cū priuatōes z defect⁹ nulla/tenus possint cognosci nisi p positiōes. nō venit intellect⁹ noster vt plene resolnēs in tellectū alicui⁹ entiū creatoꝝ. nisi iuuek ab intellectu entis purissimi. actualissimi. cō/pletissimi z absoluti.qđ est simplicit z eter/nū ens.in q̄ sunt ratōes omniū in sua puri tate. Quō autē sciret intellect⁹ hoc esse ens defectiuū z incōpletū.si nullaz haberet co/gnitionē entis absq; oīi defectu. Et sic de aliꝭ ꝓditiōib⁹ plibatis. Intellectū aūt ꝓpo/sitionū.tunc intellect⁹ nr̄ dicit veraciter cō prehendere.cū certitudinaliē scit illas ve/ras esse.z hoc scire ē scire.qm̄ nō potest fal/li in illa cōprehensiōe. Scit em̄ q̄ veritas illa nō pōt aliter se habere. Scit igit veri/tatem illā esse incōmutabilē. Sed cū ipsa mens nr̄a sit cōmutabilis.illaz sic incōmu/tabiliter relucentē nō potest videre.nisi per aliq̄m aliā lucē oīno īcōmutabiliē radiātē. quā impossibile est esse creaturā mutabilē. Scit igit in illa luce q̄ illumīat oēm hoīem venientē in hunc mōm.q̄ est lux vera z ver/bum in ꝓncipio apud deū. Intellectū autē illationis tūc veraciter ꝓcipit nr̄ intellect⁹. quādo videt q̄ cōclusio necessario sequit ex ꝑmissis.quod nō solū videt in terminis ne cessarijs.verūetiā in cōtingentib⁹.vt si ho/mo currit bō mouet. Hanc autē necessari/am habitudinē ꝓcipit nō solū in reb⁹ enti/bus.verūetiā in nō entib⁹. Sicut em̄ i ho/mine existēte sequit. si homo currit. homo mouet.sic etiā nō existente. Huiusmōi igit illatiōis necessitas non venit ab existentia rei in materia.qꝛ est ꝓtingēs.nec ab existen tia rei in ania.qꝛ tunc esset fictio si nō esset ī re. Venit igit ab exemplaritate ī arte eter/na.fm quā res habēt aptitudinē z habitu/dinē ad inuicē ad illi⁹ eterne artis repsenta tionē. Oīnis igit vt dicit Augustin⁹ in lib. de vera religione.vere ratiocinantiꝫ lumen accendit ab illa veritate.z ad ipam nitit p/uenire. Ex q̄ manifeste apparet.q̄ cōiunct⁹ sit intellectus noster ipi eterne veritati.dī nisi p illā docentē nihil verū potest certitu/dinaliter cape. Videre igit p te potes veri/tatem.que te docet.si te ꝓcupiscētie z phan/

tasmata nō impediāt. z se tanq̄ nubes inter te z veritatis radium nō interponant.

Operatio autē virtutis electiue attendit in cōsilio. iudicio z desiderio. Consiliū aūt est in inquirēdo quid sit melius. hoc an illud Sed melius nō dicit nisi per accessum ad optimū. Accessus autē est fm maiorē assimilationē. Nullus igit scit vtrū hoc sit illo melius. nisi sciat illud optimo magis assimilari. Nullus autē scit aliquid alij magis assimilari. nisi illud cognoscat. Non enim scio hunc similē esse petro. nisi sciam vel cognoscā petrū. Oīm igit consilianti necessario est impssa noticia summi boni. Judiciū autē certū de psiliabilib. est p aliquā legez. Nullus autē certitudinaliter iudicat p legem. nisi certus sit q illa lex recta sit. z q ipaz iudicare nō debet. Sed mens nra iudicat de seipa. Cū igitur nō possit iudicare de lege per quā iudicat. lex illa superior est mente nra. z p hanc iudicat fm qō sibi impressa est. Nihil autē est supius mēte humana. nisi solus ille q fecit eam. Igit in iudicando deliberatiua nostra ptingit ad diuinas leges. si plena resolutione dissoluat. Desiderīū aūt principalit est ipius quod maxime ipm mouet. Maxime autem mouet quod maxime amat. Maxime autē amat esse beatum. Beatū autez esse non habet. nisi per optimū et finē vltimū. Nihil autem appetit humanū desideriū nisi summū bonuz. vel quod est ad illud. vel qō habet aliquā effigiem illi⁹. Tanta est vis summi boni. vt nihil nisi per illius desideriū a creatura possit amari. Que tunc fallit z errat. cū effigiē et simulacrū pro veritate acceptat. Vide ergo quomō ania deo est propinqua. et quomō memoria in eternitatē. intelligentia in veritatē. electiua potētia ducit in bonitatē summā fm opationes suas. Scōm autem harū potentiarū ordinē. originem z habitudinē ducit in ipam beatissimā trinitatem. Haz ex memoria orit intelligētia. vt ipsi⁹ proles. qa tunc intelligimus cū simili tudo q est in memoria resultat in acie intellectus. que nihil aliud est q verbū. Ex memoria z intelligētia spirat amor tanq̄ nexus amborū. Hec tria scz mens generans. verbū z amor. sunt in ania. quo ad memoriā. intelligentiā et voluntatē. que sunt consubstantiales. coequales z coeue. se inuicē circūincedentes. Si igit deus perfect⁹ est spirit⁹ habet memoriā. intelligentiaz z voluntatē. habz et verbū genitū. et amorē spiratum. q necessario distinguunt. cū vnus ab altero producat. nō essentialiter. nō accidētaliter. ergo psonaliter. Dū igit mens seipam considerat p se tanq̄ per speculuz. cōsurgit ad speculandā trinitatez beatam. patris. verbi z amoris. triū personarū coeternarū. coequaliū z consubstantialiuz. ita q q̄libet triuz in quolibet est aliorum. vnus tamē nō est alius. sed ipi tres sunt vnus deus. Ad hanc speculationē quā habz anima de suo pncipio trino z vno. per trinitatem suarū potentiarum. p quas est imago dei. iuuat p lumina scientiarū que ipam proficiunt et informāt. et trinitatē beatissimaz tripliciter repsentāt. Nam oīs philosophia aut est naturalis. aut rōnalis. aut moralis. Prima agit de causa essendi. z iō ducit in potentiā patris. scōa de ratiōe intelligendi. z ideo ducit in sapiētiaz verbi. tercia de ordine viuēdi. z ideo ducit in bonitatez spūssancti. Rursus pma diuidit in metha physicā. mathematicā z physicā. Et prima est de rerū essentijs. scōa de numeris z figuris. tercia de naturis. virtutib. z opationibus diffusiuis. Et ideo pma in pmū principiū patrē. secūda in eius imaginē filium. tercia ducit in spūssancti donū. Secunda diuidit in grāmaticā. que facit potētes ad exprimendū. logicā. que facit psicaces ad arguendū. rhetoricaz. que facit habiles ad psuadendū siue monenduz. Et hec similit insinuat mysteriū beatissime trinitatis. Tercia diuidit in monasticā. iconomicā z politicā. Et pma insinuat primi principij innascibilitatē. secūda filij familiaritatez. tercia spūssancti liberalitatē. Oīnes aūt iste scientie habent regulas certas z infallibiles. tanq̄ lumina z radios descēdentes a lege eterna in mentē nostrā. Et ideo mens nra tantis splendoribus irradiata et supfusa. nisi sit ceca. manuduci pt p seipam ad cōtemplandā illā lucem eternā. Hui⁹ autez lucis irradiatio z consideratio sapiētes suspēdit in admirationē. z ecōtra insipiētes q nō erudunt vt intelligāt. ducit in perturbationē. vt impleat illud pphetici. Illuminās tu mirabiliter a montibus eternis. turbati sunt omnes insipientes corde.

¶ De speculatione dei in sua imagine donis gratuitis reformata.

Capitulū IIII. z gradus quartus.

Ego quoniaz nō solum p nos transeūdo. vexetiā in nobis ꝛtingit ꝛtemplari primā principiū. et hoc maius est q̄z p̄cedens. ideo hic modus ꝛsiderandi ḡtuz obtinet ꝛtemplationis gradū. Virū autem videk cū ostensum sit q̄ de⁹ ita ꝓpinquus sit mentibꝫ nostris. q̄ tā paucoꝝ est in seipis p̄mū principiū speculari. Sed rō est i promptu q̄ mens humana sollicitudinibꝫ distracta. nō intrat ad se p memoriā. phantasmatibꝫ obnubilata. nō redit ad se p intelligentiaz. cōcupiscentijs illecta. nequaq̄z reuertik ad seipm p desideriū suauitatis interne z letitie spūalis. Ideo totaliter in his sensibilibus iacēs. nō potest ad se tanq̄z ad dei imaginē reintrare. Et q̄niā vbi q̄s ceciderit. necesse habet ibidez recumbere. nisi apponat quis z adiuuet vt resurgat. nō potuit ania nostra pfecte ab his sensibilibꝫ releuari ad cōtuitū sui. z eterne veritatis in seipa. nisi veritas assumpta forma hūana in christo. fieret sibi scala reparās priorē scalaz. que fracta fuerat in adam. Unde q̄ntūcunq̄z sit illuminat⁹ q̄s lumie nature z sciētie acquisite. nō potest intrare in se. vt in seipo delectetur in dño. nisi mediante christo. qui dicit. Ego sum ostiū. p me si q̄s introierit saluabitur. z ingredietk z egredietk. z pascua inueniet. Ad hoc aūt ostiuz nō appropinquam⁹ nisi in ipm credam⁹. sperem⁹ z amem⁹. Necesse est igitk si reintrare volum⁹ ad fruitionē veritatis. tanq̄z ad paradisuz q̄ ingrediamur p fidem. spem z charitatē mediatoris dei z hoim ihesu christi. q̄ est tanq̄z lignū vite in medio paradisi. Supuestiēda est igitk imago mētis nre tribꝫ virtutibꝫ theologicis quibꝫ ania purificatk. illuminatk z pficitur. z sic imago reformatk. reficitk. z cōformis supne bierusalē efficitk. z pars ecclie militantis q̄ est proles fm apl'm bierusalez celestis. Ait em. Illa que sursum est bierusalē libera est que est mr nra. Ania igitk credēs. sperans z amans ihesum christū. q̄ est verbuz p̄is incarnatū. increatū z inspiratū. s. via. veritas z vita. dū p fidē credit in christū. tanq̄z i verbū increatū. qđ est verbuz z splendor p̄is. recupat spūalē auditū z visum. audituz ad suscipiendū christi sermones. visum ad cōsiderandū ipius lucis splēdoꝛes. Dū autē spe suspirat ad suscipiendū verbū inspiratum. p desideriū z affectū recupat spiritualem olfactū. Dū charitate cōplectik verbuz incarnatū. vt suscipiens ab ipo delectationē. z vt trāsiens in illud p extaticū amoreꝫ. recuperat gustū z tactū. Quibꝫ sensibꝫ recuperatis. dum sponsuz suum videt et audit. odoratk z gustat et amplexatk. decantare potest tanq̄z sponsa canticum canticoꝝ. quod factū fuit ad exercitium cōtemplatiōis fm hunc quartū gradū. quez nemo capit nisi q̄ accipit. qz magis est in experiētia affectuali q̄ in ꝯsideratiōe rationali. In hoc nāq̄ gradu recuperatz sensibꝫ interioribꝫ. ad videndū summe pulchruz. ad audiendum summe armoniacū. ad odorandum summe odoriferū ad degustādū summe suaue. ad apprehendendū summe delectabile. disponik ania ad mētales excessus. scz p deuotionem. āmiratiōnē. exultationē. fm illas tres exclamatiōes q̄ fiunt in canticis canticoꝝ. Quaꝝ ꝓma fit p supabundantiā deuotionis. p quā fit ania sicut virgula fumi ex aromatibꝫ mirrhe z thuris. Scda p excellētiā admiratiōis. p quā fit ania sicut auroza. luna z sol. fm pcessum illuminationū suspendentiū aniam ad ammirandū sponsum cōsideratū. Tercia p supabundantiā exultationis. p quā fit ania suauissime delectationis delicijs affluens. innixa totalitk sup dilectū suū. Quibꝫ adeptz efficitk spūs noster hierarchicus ad ꝓscendenduz sursum. fm ꝓformitatē ad illā bierusalē supnaz. in quā nemo intrat nisi ꝓus p gratiā ipa in coꝝ descendat. sicut vidit Johes i apocalypsi sua Tūc aūt in coꝝ descēdit. qñ p reformationē imaginis. p ꝓtutes theologicas. z p oblectationes spūaliū sensuū. z suspensiōes excessuū. efficitk spūs noster hierarchicus. scz purgatus. illuminatus. et pfect⁹. Sic etiā gradibus nouē ordinum insignitk. dum ordinate in eo interius disponitk nunciatio. dictatio. ductio. ordinatio. roboratio. imperatio. susceptio. reuelatio. vnitio q̄ gradatim coꝝrespondēt nouē ordinibus angelorū. ita q̄ triū ꝓmo dictoꝝ gradus respiciūt in mente humana naturā. tres sequētes in dustriam. z tres postremi gratiā. Quibꝫ habitis anima intrādo in seipam. intrat in supernā bierusalē. vbi ordines angeloꝝ considerans. videt in eis deū. qui habitans in eis. omnes eoꝝ operatur operationes. Unde

dicit Bern̄. ad eugeniū. Q̄ de⁹ in seraphin amat vt charitas. in cherubin nouit vt veritas. in thronis sedet vt eq̄tas. in dn̄ationibꝫ dn̄atur vt maiestas. in p̄ncipatibꝫ regit vt p̄ncipiū. in potestatibꝫ tuet vt salus. in virtutibꝫ opat vt virt⁹. in archangel' relevat vt lux. in angelis assistit vt pietas. Ex quibꝫ oīnibꝫ videt deus oīnia in oīnibꝫ per ꝓtemplationē ip̄i⁹. in mentibꝫ in quibꝫ habitat p̄ dona affluentissime charitatis. Ad hui⁹ autē speculatiōis gradū. specialiter t p̄cipue amminiculat ꝓsideratio sacre scripture diuinit⁹ immisse. sicut ph̄ia ad p̄cedentē. Sacra em̄ scriptura p̄ncipaliter est de opibꝫ raparatiōis. Unde et ip̄a p̄cipue agit de fide. spe t charitate. p̄ quas virtutes habet anima reformari. et specialissime de charitate. De q̄ dicit apostol⁹. q̄ est finis p̄cepti. fm q̄ est de corde puro. conscientia bona. et fide nō ficta. Ip̄a est plenitudo legis vt dicit idem. Et saluator noster asserit totam legē. ꝑpheta sq̄z pendere in duobꝫ p̄ceptis eiusdē. scz in dilectione dei et p̄rimi. q̄ duo innuunt in vno sponso eccl'ie iesu christo. qui simul est p̄xim⁹ t deus. simul frater t domin⁹. simul etiā rex t amicus. simul verbū increatū et incarnatū. formator noster t reformator. alpha et o. Qui etiā summus hierarcha est. purgans. illuminās et p̄ficiens sponsam. scz totā eccl'iā. et quālibet animā sanctā. De hoc igit hierarcha et eccl'iastica hierarchia ē tota sacra scriptura. p̄ quā docemur purgari. illuminari. et perfici. et hoc fm triplicē legem in ea traditaz. scz nature. scripture t gratie. Uel potius fm triplicem partē eius p̄incipalem. scz legem moysaicā purgantē. reuelationē ꝑphet̄icam illustrantē. t eruditionez euangelicā perficientē. Uel potissimū fm triplicem eius intelligentiā spiritualē. scz tropologicam. que purgat ad honestatē vite. allegoricam. que illuminat ad claritatē intelligentie. anagogicā. que perficit per excessus mentales et sapiētie ꝓceptiones suauissimas. fm tres virtutes p̄dictas theologicas. et sensus spirituales reformatos. t excessus tres supra dictos. t actus mentz hierarchicos. quibꝫ ad iteriora regredit mēs nostra. vt ibidē speculetur deū in splendoribus sanctorū. et in eisdem tanq̄z in cubilibus dormiat in pace et requiescat. sponso adiurante q̄ non excitetur donec de⁹ voluntate p̄cedat. Ex bis autē duobꝫ gradibus medijs p̄ quos ingredimur ad cōtemplandū deū intra nos. tanq̄z in speculū ima ginum creatarū. et hoc quasi ad modū alarum expansarū advolandum. que tenebāt medium locum. intelligere possumus q̄ in diuina manuducimur p̄ ip̄ius anime rationalis potentias. naturaliter insitas. quātum ad earū operationes. habitudines. et habitus scientiales. fm q̄ apparet ex tercio gradu. Manuducimur etiā per ip̄ius anime potētias reformatas. t hoc gratuit' virturibus. sensibꝫ spiritualibꝫ. t mentalibꝫ excessibꝫ. sicut patet ex quarto. Manuducimur nihilomin⁹ p̄ hierarchicas operationes. scz purgatiōis. illuminatiōis t p̄fectionis mentiū humanaruz. per hierarchicas reuelationes sacrarū scripturarū nobis p̄ angelos datarū. fm illud ap'li. q̄ lex data ē p̄ angelos in manu mediatoris. Et tandez manuducimur p̄ hierarchias t hierarchicos ordines. q̄ in mente nostra disponibant instar superne hierusalē. Quibꝫ omnibus luminibꝫ intellectualibꝫ mens nr̄a repleta a diuina sapiētia tanq̄z dom⁹ dei inhabitat. effecta dei filia. sponsa t amica. effecta christi capitis membrū. sozor t coheres. effecta nihilomin⁹ spūssancti templū. fundatum p̄ fidē. eleuatū p̄ spem. t deo dedicatuz p̄ mentis t corpis sanctitatē. Quod totuz facit sincerissima charitas christi. q̄ diffundit in cordibꝫ nostris p̄ spm̄sanctū qui datus est nobis. sine q̄ spiritu scire nō possumus secreta dei. Sicut em̄ q̄ sunt hois nemo scire p̄t nisi spūs hom̄is q̄ est in illo. ita q̄ sunt dei nemo scit nisi spūs dei. In charitate igit radicemur t fundemur. vt possimus cōp̄hendere cū oīnibꝫ sanctis. q̄ sit longitudo eternitatis. que latitudo liberalitatis. que sublimitas maiestatis. et qō profundum sapiētie iudicantis.

¶ De speculatione diuine vnitatis p̄ eius nomen p̄marium quod est esse.

Capitulū V. et gradus quintus.

QVoniam autez ꝓtingit ꝓtēplari deū. nō solū extra nos. t intra nos. sed et supra nos. Extra nos per vestigiū. intra nos p̄ imaginē. t supra nos per lumen. qō est signatū supra mentē nostrā. qō est lumē veritatis etne. cū ip̄a mēs nr̄a imediate ab ip̄a

Quarta ꝓprietas siue gradus seraphici
amoris est acutū. Quod exponēs cōmenta
tor dicit sic. Acutū significat quendā impe/
tum amoris. z vehementiā desiderij arden/
tis z penetrātis vt ibi sit vbi est ip̄m amatuꝫ
cum ip̄o z in ipso. vt non solum ab ipso ca/
lidum sit, sed transeat acutum in ipsum.

Poterat em̃ calidū esse. z quasi de lōge cali/
dum fieri. vt hoc z esset satis amare absentē
z psentē nō videre. vel p̃sentissimū possidere
Sed nō erat iste amor pfectus nisi acutus
faceret sibi foramē z trāsiret oīa z penetra
ret donec ad dilectū pueniret. imo potius i
dilectū iret. Si em̃ in dilectū non vadis ad
huc foris amas. neq; acutū habes dilectio/
nis. z torpēs diuisus es manēs extra z ali⁹
a dilecto. z nū nō efficeris cū ipo. Amor au
tem te vult vnū facere cū ipo. z ido penetrat
oīa z appropinquat q̃ntū potest ad vnum
ipm. Unde ꝓpheta ait. Ubi erat impet⁹ spi/
ritus illuc gradiebant. Impet⁹ acutus est.
Et infra dicit Acutū nō quiescit donec itret
z penetret z dicat. Tenui eū nec dimittā do
nec introducā eū in domū matris mee. z in
cubiculū genitricis mee. Sed tamē ipm ad
te introductū. nō quolibet modo. vt sez sub
sistat extra apud te. vel i partib⁹ tuis. siue an
te hostiū dom⁹ tue. aut etiā solūmodo i do/
mo tua. q; hoc nō esset signū magne dilecti/
onis. nisi vsq; ad thalamū pueniat z cubicu
lum ingrediat. z vsq; ad interiora penetret z
in intimis requiescat. Ipe aūt ingredit vt z
tu ingrediaris ad illū. Hec ille. Linconien.
illud verbū exponit dicens sic. Acutū dicit
tam q̃ subtile z penetratiuū est q̃s quod in
motiōe velox est. Inhiatiōe autē tendente i
rem amatā nihil veloci⁹. Unde nihil acuti/
us. nihil subtili⁹ amore. aut penetrabilius.
q; natura nō quiescit donec naturaliter to/
tam amabilis penetrauerit virtutē z ꝑfun/
ditatē z totalitatē q̃ntū potest. hoc igit exisi
mo significari p acutū. Hec ille Quinta p
prietas siue grad⁹ seraphici amoris est sup/
feruidū. Qđ linconien. exponit. Primo oñ/
dit quid sit feruidū. z quid sit supferuidum.
Dic ergo sic. Feruere dicunt q̃ impresso ca/
lore supra se sursum ferunt. z ꝓprio pondere
in se redeūt. huiusmodi sup se leuatiōes z in
se relapsus vicissitudinarie feruores dicunt
Sancti itaq; viri q̃ exarserūt sanctispiritus
gratia. se offerūt in deū. z ex ꝓprio pōdere re
cedūt in se ab actuali supra se eleuatōe. Hec
vicissitudinātes cōgrue dici possunt spiritu
feruētes. z q̃ in hoc supeminēt. supabundā/
ter supferuidi dicunt. Sed orit questio
si angeli quorū amor defixus in deū non te
scit aut remittit. aut aliquo modo decli/
nat ab ipo quomō dici possunt feruētes. z si
seruentes dici nō possunt. quomodo super/
feruidi dicunt. Respōdz linconien. q̃ potest
dici q̃ sicut dei cognitio in se est sicut mane.
z cognitio el⁹ in creaturis est velut vespe. sic
amor in se est eleuatior. z amor ipsi⁹ in crea/
turis depressior. Et in hoc vtroq; ipsi⁹ amo
re sese naturaliter ad inuicē cōsequente qua
si quedā vicissitudo feruor est spūalis. cuius
supeminētia est esse in termino possibilis si
bi intēsionis. Uel forte (inquit Linconien)
posset dici q̃ amor q̃ deū angeli amplexant
supferuidus est. q̃ est intēsus ad summū. nō
lentescit nec remittit. sed imobiliter p̃stat in
tentiōis sue summitatē. Si em̃ vis caloris
sursuz ferētis ꝓtes liquide feruētis supra se
posset ea portare z sustinere in sua sup se ele
uatione. ita vt neq; caloris remissione. neq;
ꝓprio pondere relaberent ad inferi⁹. Liqui
dū huiusmodi vsitato modo loquēdi nō di
cerēt feruere. sz verissime dicerēt supferuere
cū maioris virtutis esset id eleuare z quieta
re in sua eleuatiōe supra se q̃s id solū eleuare
absq; quietatiōe. z statim laberēt inferius.
Et sic patet cognominatio seraphin. Docz
etiā hec ꝓprietas ist⁹ potentie amatiue pri/
mum actū q̃ est inclinatio. z̄ sequēter secun
dū actū qui est motio animi ad naturaliter
amatū intendēs ipm penetrare vt possibile
est. z deinceps docet tertiū z vltimū actū ist⁹
potētie amatiue q̃ est cū amato iam ade
pto adhesio z quietatio. Intelligе tamē pri
oritatē z posterioritatē nature. non tēporis.
Hec ille. Hugo v̄o cōmētator exponēs p̃/
dictū verbū. s. superferuidū. d. Amonet nos
hec res ad magis cogitare de supferuido q̃s
de calido z acuto. Hostis em̃ quō id qđ fer/
uet quadā caloris incēdij sui violētia iacta/
tur extra se. tollit supra se. z facit motioz ma/
gnam inuisibili estuatiōe. Qđ em̃ ꝓs acutū
fuit in dilectiōe. obsistētia oīa penetrans.
supferuidū fit. iam bullies in seipso stare nō
valens. Acutū em̃ amoris est cū oīa tran/
scendēdo despicit. supferuidū aūt cū etiā se
ipsum cōtemnēdo relinquit. Hā qui hoc so/
lum appetit qđ amat in illi⁹ cōparatiōe. etiā
seipm ꝓtemnit z despicit. Neq; em̃ vere hoc
solū appeteret si vel semetipm cū illo amarz.
Non aūt hoc facere potest nisi magna z sin/
gularis dilectio. vt ꝓ amore illi⁹ quod so/
lum diligit. ille etiā qui amat quodā modo
a semetipo despicit. Sic ergo miro modo
p dilectiōis ignē sustollit qui etiā supra se p
vim amoris expellitur. vt exeat etiam a se.

Quomodo igit feruet ꝛ quō bullit corde q̄ pceptū amoris supni ignē dū in illū solum qui sursum est appetendū ferk cogitatione et desiderio extra se pijcik. ꝛ supra se elevak. nec se cogitat dū illū solū amat. Et in fine ꝯclu/dit dicens. Ecce dixim⁹ mobile illi⁹ dilectionis incessabile ꝛ calidū ꝛ acutū ꝛ superferuidum. ꝛ intentū ꝛ intimū. ꝛ inflexibile ꝛ extemplativū ꝛ reductivū. ꝛ activū. ꝛ recalificans. ꝛ resuscitās. vt ex istoꝝ aliquali cogitatione imitemur. vt possum⁹ in amando celestes substantias.

Distinctio sexta

Sexto videndū est qualiter spūs noster p charitativā actionē intrinsecū ꝛ eternū secretū dñi Jhu ingrediak.

Circa qō notandū est. q⁹ amare deū est accedere ad ipm. ꝛ intrare ꝛ gustare quoniā suavis est dñs. Et hoc oñdit Gregorius. xv. moraliū dicēs sic. Supiora amare iam sursum est ire. dūcq; magno ōsiderio ad celestia anim⁹ inhiat. miro modo hoc ipm qō accipere querit. hoc iā degustat. Et Gregor⁹ super Ezech. dicit. Quantū quisq; amat. intrā ad ingressum regni appropinq̄t. Inquantū vero ingredi negligit. intrā recusat. Rō istorum est. q⁹ ver⁹ amor siue charitas nullū patitur mediū inter se ꝛ obiectū qō est de⁹. sed vehemēter tēdit in ipm imediate. ꝛ ideo nūq̄ quiescit donec oīa trāseat. ꝛ ad ipm ꝛ in ipm veniat. vt Hugo sup. vij. angel. hierar. dicit. Dilectio siue amor impetū sui ardētis desiderij sequēs amato appropinquat q̄ntū potest. ꝛ eo ampli⁹ sitiens intrare ipz cupit. ꝛ esse cū xpo. ꝛ tam ꝓpe vt si fieri potest h̄ idē ipm sit qō ipm est. ideo sup oīa verius. citius. pfect⁹ puenik ad deū gressibꝰ affectionū. nō gressibꝰ pedū. Unde Augustin⁹ i epistola ad Macedoniū dicit sic. Tāto nobis meli⁹ est q̄nto magis ad illū im⁹. quo nihil meli⁹ est. Im⁹ autē nō ambulādo sed amando. quē tāto babebim⁹ pīentiorē. q̄nto eū dē amorē quo in eū tendim⁹ potentior⁹ habere puriorē. Nec em̄ charitas vt dicit auctor de spiritu ꝛ aīma. est via dei ad homines. ꝛ via hominū ad deū. Per charitatē nāq; venit de⁹ ad homines. venit in homines. Per charitatē eligūt homines deū. diligūt deū. ꝛ ad deū currunt. ꝛ ad deuz pueniūt. Sic familiaris est deo charitas vt mansionē habere nolit vbi charitas nō fuerit. Et ibidē dicit sic. Anima nāq; quā dei pietas respicit. humilitas subiicit. penitētia ducit. iusticia deducit. obediētia cōducit. pseverantia pducit. devotio introducit. puritas cōiungit. charitas vnit. Sequitur. Habet aīma in se amorē quo sp̄ potest stare cū deo. Si igit charitatē habemus. ꝛ deū habem⁹ ꝛ in eo manemus. quia de⁹ charitas est. De hac materia reḡre plus in hoc quarto itinere q̄si p totū.

Distinctio septima

Septimo videndū est qualiter spirit⁹ human⁹ ad veniendū p iter charitative affectionis ad intrinsecū ꝛ eternum secretū dñi ab ipo amicabiliter invitatur Cant. iij. dicēte. Surge propera amica mea. columba mea. formosa mea. et veni. Et hui⁹ invitatiōis allectivū subiungit dicēs. Veni. quia iā est ambulantiū alleviata agilitas. quia temp⁹ putatiōis advenit. id est. omniū supfluoꝝ ꝛ grauantiū depositio. Dicit ergo. Amica mea ꝓpter tuā vnitivā caritatē. Charitas em̄ est fortissimū vinculū amicicie. quia ipa est vinculū pfectionis. sic dicit apostol⁹ ad Col. iij. Imo fortis est vt mors dilectio. Can. viij. Surge ꝓpter dilecti tui attractivā amabilitatē. Ego em̄ trabo te monēdo sicut amatū ꝛ desideratum. ꝛ trabo te in vinculis adā ꝛ in funiculis charitatis. Ozee. xj. id est. in vnitivis attractionibꝰ prime dilectiōis. ait Ubertinus. O columba mea ꝓpter charitatis tue sinceritatē. Charitas sincera est (ait Bernard⁹ in libro de diligēdo deū) qua ꝓximi bonū eque diligimus vt nostrū. Hā qui mag⁹ aut certe solū diligit suū bonū. Quinck nō caste diligere bonū qō propter se diligat nō propter ipsum homo fm̄ ꝓpheta cōfitebitur tibi cū benefeceris ei. Propera ꝓpter charitatis tue velocitatē. Nihil em̄ velocius est amore acuto tendēte in rē amatā. ait Lincoñ. sup. vij. angelic. hierar. cui etiā hora brevis lōga videk. vt s.

O formosa mea ꝓpter charitatis tue pulchritudinis formositatē. Can. vij. Quā pulcra es ꝛ quā decora charissima i delitijs. ibidē dicit Orige. Mirabilis laus tua nō ex tuo sz ex eo q̄ diligit te. Fide ei polles. spe nites. caritate luces. iusticia splēdes. fortitudie rutilas. prudētia fulges. tēperātia cādes. Veni p iter charitatis nō dimisse. sz integre. que sit ex toto corde. id est. fm̄ Augu. toto intellectu sine errore. et tota aīma. i. ex tota volūtate sine contradictione. ex tota mēte. i. memoria sine oblivione. Si vnū illoꝝ deest. integre non venis. Du

lus autē īuitationis subiungit allectiuum. dicēs. veni. quia tēpus putatiōis aduenit. i. om̄ia aggrauātia ⁊ impediētia spiritū itinerantē in itinere charitatis sunt amota. quia charitas opit multitudinē peccatorū. nō q̄rit que sua sunt. ⁊ alleuiātia itinerātes collata sunt. scz palmites omniū habituū v̄tutū. Uercellens exponēs hec verba dicit. In vite putant. id est. resecant sarmenta. que si in vere manerēt. fructū multiplicē sed min⁹ nobilem pferrēt. Sic inquit in mēte sunt v̄tutes ⁊ mot⁹ qui apti sunt in vita actiua fructificare. sed illi fruct⁹ min⁹ reputant respectu fructuū vite cōtemplatiue. Luce. x. Maria optimā partē elegit que ⁊c. Similiter intellectus speculatiu⁹ fructificat in diuinoꝝ cognitione p creaturaꝝ inuestigationē. sed ille fruct⁹ min⁹ nobilis est. quia enigmatic⁹ est respectu cognitiōis vnitiue. vt patet. vij. de diuinis noīb⁹. vbi dicit Dyonisi⁹. Est iterū diuinissima cognitio dei qua ip̄e cognoscit p ignorantiā. quādo scz mens ab omnib⁹ ī/tellectualib⁹ ⁊ intelligibilib⁹ recedēs. ⁊ tandem seip̄am excedēs vnit radijs eterne sapientie inscrutabilis pfunditatis. Et sequit. Quotiēs ergo supitellectualiter exercemur ad diuinū radiū. totiēs opus est vt resecem⁹ intellectuales opatiōes. vt docet Dyonisius p̄mo de mistica theologia. ⁊ similiter creaturarū silitudines. vt innuit Exod. iij. vbi dictū fuit Moysi. Solue calciamēta de pedibus. Pedes sunt intellect⁹ ⁊ affectus. q̄bus spirit⁹ noster eternū deū accedit. vt supra dictum est. Qui pedes mūdandi sunt ab om̄ibus pellib⁹. i. creaturaꝝ similitudinib⁹. quos sponsa dixit se lauisse Cañ. v. vbi dicit v̄cellens. Pedes meos id est affectū ⁊ intellectū quib⁹ carpsi itinera charitatis laui ⁊ purgaui vel purificaui. quō iterū inquinabo illos vmbris ⁊ imaginib⁹ tempaliū. Cū etiā intellectuales opationes ⁊ forme in hoc loco. id est supintellectuali exercitio reputentur vmbre ⁊ offendicula. Hec ille. Et hec sufficiāt p quarto itinere charitatis

Quintum igitur iter eternitatis p quod spiritus noster venit ad intrinsecū secretum ⁊ eternū maneriū dñi Jesu est eternoꝝ occulta reuelatio. Reuelationes autē eternorū sunt studiosissime cōsiderande ⁊ assidue ruminānde. quia sicut dic̄ vercelleñ. super Cātica. c. p̄mo. Assidua reuelationū spiritualiū ruminatio prebet assiduā cognitionū ⁊ exultationū mentꝫ incremētū ⁊ ex hoc excessum eternoꝝ ⁊ ingressuꝫ occultorum cōsequit. Sunt aūt ad maiorē hui⁹ itineris cognitionē septē cōsideranda p ordinē Primo qualiter iter occulte reuelationis eternoꝝ iter charitatiue affectiōis seq̄tur. Secūdo qualiter reuelatio eternoꝝ occulta dicat. ⁊ qualiter distinguat. Tertio qualiter p sensibilē reuelationē eternoꝝ admittat Quarto qualiter p intellectualē reuelationē eternoꝝ spūs noster ad eterna introducat Quinto qualiter p supintellectualē reuelationē eternoꝝ spūs noster eternitati vniat Sexto qualit supintellectualis reuelatio eternoꝝ a nobis acquiratur. Septimo qualiter ad iter occulte reuelationis eternoꝝ spirit⁹ noster a domino inuitatur.

Distinctio prima

Primo igit videndū est qualiter iter occulte reuelatōis eternoꝝ iter charitatiue affectiōis sequat. De hoc p̄t assignari ratio talis. Cū s̄m Augustinū. xiij lib. ꝯfessi. Charitas siue amor sit pondus īclinās amātē ad amatū. ⁊ appropinq̄re facit amato q̄tū p̄t. vt etiā trāsformet amantē in amatū s̄m Dyoni. Q̄to ḡ ꝓpinq̄us ē amās amato. tāto veri⁹ subtili⁹ ⁊ pfecti⁹ sibi r̄uelatur amatū. Unde Hugo sup. vij. angel. hierarchie dic̄. Cōstat vt q̄ ardenti⁹ diligūt. pfundi⁹ ꝯspiciūt. ⁊ subtili⁹ discernūt. Et quia magis pfunde pspiciūt. pculdubio euidēti⁹ cognoscūt. Ergo rectissime q̄to et̄na magꝫ amāt. tāto pfecti⁹ cognoscūt. Et sic v̄ificat v̄bū Rich. dicētꝫ li. iiij. de ꝯtem. Ex magnitudine dilectōis pēdet mod⁹ diuīe reuelationis. iō rōnabilit illud iter sequit p̄cedens iter ex q̄ pēdet mod⁹ diuīe reuelatōis.

Distinctio secūda

Secūdo vidēdū est q̄lit reuelatio et̄noꝝ dicat occulta. ⁊ q̄lit distinguat De p̄mo notādū q̄ reuelatio diuīoꝝ d̄r occulta qr nō nisi ī occulto pcipit. Siue em̄ reuelatio put ē occultoꝝ manifestatio p exteriores figuras fiat. siue p sacras scp̄turas. siue p illuminatiōes inspiratas. siue p collocutiones exteri⁹ expressas. semp fit ī occulto vt ostendit Hugo lib. iiij. de archa noe. vbi dicit q̄ in reuelatiōib⁹ necessaria est secreta hītatio ⁊ mētꝫ collectio ⁊ vnio. Uñ dicit sic.

Scrutemur scripturas ⁊ inueniemus virū aut nūq̄ deū fuisse locutū in multitudie. sz quotiēscūq̄ inoresceret voluit aliq̄d hoīb⁹ nō gēnib⁹ ⁊ populis. sz vel singulis vl' admodū paucis ⁊ a cōmuni hominū frequētia segregatis. vel p nocturna silētia. Uñ in cāpis ⁊ solitudinib⁹ ⁊ mōtib⁹ ⁊ vallib⁹ se manifestauit. sicut locut⁹ est cū Noe. cū abraā. cū isaac. cū iacob ⁊ moyse. samuele. dauid. ⁊ oīb⁹ pphetis. Et seq̄t. Quid est q̄ sp loquit i secreto de⁹. nisi q̄ nos ad secretū vocat. ⁊ q̄ cum paucis loquit nisi q̄ nos colligat siue vniat Et dic ibidē sic. Sil'is rō est grē de⁹ obscure loquit in scripturis nisi q̄ ꝑitas malis abscondat ⁊ bonis reuelet. Sil'e dic de⁹ i euāgelio. ne margarite pedib⁹ porcoꝝ ꝑculcent Sil'e dic Dyoni in mystica theolo. loquēs ad Thimoteū. Et his patere ꝑt scōm sz q̄ reuelatiōes distinguāt. Nō em oīes equaliter a sensibilib⁹ abstrahūt. nec equaliter in intellectu exercitāt. nec eq̄liter supintellectu aliter sursum extēdunt. iō necesse fuit vt quibusdā fierēt reuelatiōes sensibilit. quibusdā intellectualit. ⁊ quibusdā supintellectualit. ꝙs reuelatiōes legim⁹ Moysi factas Exo. iij. q̄ exiuerat egyptū tpalē ad interioza desideri vt illas nūciaret filijs isrl'. de egypto exire desiderātib⁹. vt testabat clamor coꝝ. ad dñz vt ꝓgerēt iter triū dieꝝ in solitudinē. q̄ ꝑt intelligi tres reuelatiōes. Prima reuelatio sensibil' ⁊ simpl'r viuētib⁹ fit. egyptū h⁹ mundi exire desiderātib⁹. Uñ q̄busdā ꝑtib⁹ fiebant sensibiles reuelatiōes. vt exēplificat dyonisi⁹. c. j. angel'. hierar. sic pastorib⁹ ⁊ quibusdā alijs. Hec reuelatio ad intrādū ad etna allicit. Secūda reuelatio est intellectual' q̄ fit intellectualit viuētib⁹ in filijs israel de egypto h⁹ mūdi exeūtib⁹. iā intellectualiter ambulātib⁹. Et ħ reuelatio ad etna introducit. vt iij. c. patebit. Tertia reuelatio ē sup̄intellectual'. Et hec tm̄ fit vnis mētibus ⁊ egressis de egypto. ⁊ in interioribus deserti existētib⁹. vt moysi. Et hec reuelatio etnitati vnit. vt patebit infra capl'o. v. Istas reuelatiōes mens ꝓcipit q̄ in intimis ⁊ imis stare ꝓsuecuit. ait Rich. Et sic patet secundū. sz qualiter reuelatio distinguat.

Distinctio tertia

Tertio videndū est de q̄libet istaꝝ reuelationū. Et ꝓmo de sensibili. q̄lit spūs noster ꝓ eā ad excessum etnoꝝ allicit. De q̄ notandū est. q̄ hec reuelatō fit plebi simpl'r viuēti. de egypto tpali iā exire desiderāti ad terrā ꝓmisse eternitatis Et hec reuelatio vt dic Rich. sup Apoc. ca. j. sz sensibilis fit duplicit. Fit em̄ q̄nq̄ ꝓ signa sensibilia. vt q̄n res videt corpalib⁹ sensib⁹ extra absq̄ significatōe mystica. vt pharaoni ⁊ hmōi. q̄ nullū sensū spūalē vl' mysticū intellexerūt. Et sic nō fuit reuelatio facta illis q⁹ vltra sensum nihil manifestatū fuit Est ⁊ alia reuelatio sensibil' siue visio corpalis. q̄ fit sensib⁹ exterioribus. vt q̄n res vident i q̄b⁹ latet significatio mystica. q̄lis facta fuit patribus veteris legis ⁊ noue. vt dictū est. ⁊ patz ꝓ Dyoni. c. iij. angel'. hierar. q̄ mysteria noue rūt. vt abraā. isaac. ⁊ iacob. ⁊c. Necessitas huj⁹ reuelatōis fuit vt dic Dyoni. i epla ad Tytū. vt hō q̄ ꝓstat ex duab⁹ naturis. anima sz rōnali. q̄ simplex est i essentia. ⁊ corpore cōpositō inxta vtriusq̄ nature ꝓprietatē illuminet diuis cognitiōib⁹. vt ⁊ mēs et⁹ puras ⁊ simplices ⁊ intimas signoꝝ sensibiliū intelligētias segregate ab ipis signis cōspiciat et sensualitas eiusdē ꝓ nature ꝓprietatē coaptetur mētali cognitiōi. ⁊ sic ad diuina extendat Hec ille. Et ꝑm Augs. de ꝑa religiōe. Sic uisibilia dei a creatura mūdi ꝓcepta q̄ facta sūt intellecta ꝓspiciūt. ⁊ sempiterna et⁹ virtus ⁊ diuitas. Et hec ē a tpalib⁹ ad eterna ꝓgressio ⁊ ex vita veteris hoīs in nouū hoīnem reformatio. Hec ille. Quia iā sensualitas ordinate coopat cognitioni mētali. Hec reuelatio sensibilis facta fuit moysi cū de rubo ardenti dñs sibi sensibilit apparuit in subiecta creatura. ⁊ dixit. filijs israel dices. Ego sum de⁹ abraā isaac ⁊ iacob. ħ nomē mihi est i eternū In hac reuelatiōe sensibili oñdit dñs ignez diuitatis. in q̄ verbū paternū oñdit suā sensibilē denoiationē. in q̄ cōiungit eterna cum tpalib⁹. spūalia corpalib⁹. patriā cpalib⁹. cuz dic. Ego sum de⁹ abraā isaac ⁊ iacob. Ego i quit sum. q⁹ esse meū eternū ⁊ imutabile est. Nō etiā oñdit Joh. viij. dicēs. Ānq̄ abraā fieret ego sum. Et dic Hieroni. ad Marcel De⁹ q̄ exordiū nature nō hz. ꝑ se nomē esse tie tenuit. Ego sum de⁹ abraā isaac ⁊ iacob. de⁹ aūt sum viuoꝝ nō mortuoꝝ. Mat. xxij Ego sū de⁹ abraā isaac ⁊ iacob. Ergo abraam isaac ⁊ iacob viuūt. sz nō viuunt i tpali mutabilitate. nō exilij h⁹ calamitate. sz etna hereditate. q⁹ nomē ħ mihi i eternū est. Dices ḡ filijs israel. Ego sum de⁹ abraā isaac iacob. eos alliciēdo vt egyptū tempoꝝalem

corruptibilē ꝛpegrinū egrediant ad terram hereditat̄ patribꝫ ꝓmissam ꝛ datā. terrā in/ ꝫ eterne stabilitat̄ ꝛ veritat̄. terrā eterne beatitudinis ꝛ hereditat̄. Hā vt dicit Aug⁹. in ꝑmone de natiuitate dñi. Hat⁹ est nob xp̄us in xpo mobilitate vt nos ꝓducat ad patris eternitatē. Fact⁹ est de⁹ homo vt hō fierꝫ deus. Veniat igit mō nō corpaliter ſz mētalit memoria eterna cogitādo. qz sicut Aug⁹. iiij de tri. c. xvij. cū eterna cogitam⁹ nō sumus i hoc mūdo quē iā trāscendim⁹. veniat etiā intellectui eterna ꝓtēplatio. qz. xviij. moral. dicit Grego. In sanctis fit eternitas aspiciendo dei eternitatē. veniat etiā volūtati eterna amādo. qz sicut dic Grego. j. moral. Unusquisq electoꝝ adhuc in mūdo posit⁹ corpe. mēte amāte. etiā extra mūdū surgit. Et. xv. dic. Supiora amare iā sursum ē ire. cunctꝫ magno ꝺsiderio ad celestia inhiāt miro modo ꝺlectāt. Sic igit patet qualit sensibilis reuelatio etnoꝝ ad eterna allicit.

Distinctio quarta

Quarto videndū est qualit ꝑ intellectualē reuelatiōez eternoꝝ spūs noster ad eterna introducit. q̄ fit intellectualit viuētibꝫ. vt filijs isrl̄. de egypto hui⁹ mūdi mētalit iā egrediētibꝫ ꝛ ad eterna tendētibꝫ. Et hec reuelatio nō fit oculꝫ carnis. ſz mēris. vt dic Richard⁹. Et fit duplicit. qz q̄dꝫ fit q̄ ꝑ spūm scm̄ anim⁹ illuminat⁹ formalibꝫ rerꝫ visibiliū similitudinibꝫ ꝓmōstratis siue ꝓsentat̄ ad inuisibiliū cognitiōz ducit. qualit Johes vidit i Apoc̄. ꝛ tm̄ veritatez intellexit. Hec reuelatio ad eterna ducit q ꝑ eā intellect⁹ in inuisibiliū ꝛ eternoꝝ cognitiōz erurgit ꝛ ꝓducit. vt dic Richard⁹.

Secūdo mō fit hec reuelatio eternoꝝ sine visio intellectual vt dic Rich. q̄m spiritus human⁹ ꝑ internā inspiratiōz suauit tactus nullis mediātibꝫ rebꝫ visibilibꝫ ad celestium cognitiōz erigit. sicut vidit ꝓpha qui vidit in spū. Et Haymo sup Apoc. ꝺcordat vbi dic Intellectual visio siue reuelatio fit q̄dꝫ nō ꝑ corpales res. nec ꝑ sil̄es. ſz ipa ꝑsona ꝑ se ipam manifestat videntibꝫ. qđ ꝓprie electoꝝ ē Matth. xvij. Caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi ſz pr̄ me q̄ in celis est. ꝑ interioꝛē inspiratione. ait ps. Audiā q̄d loquat̄ in me dñs de⁹. Hec occulta reuelatio eternoꝝ videt in nui ꝑ qđ dictū est moysi Exo. iij. q̄ in ite/ rioꝛibꝫ deserti dictū ē sibi. dices filijs israel. Qui est. misit me. hic apparet q hec reuelatō fit intellectualit viuētibꝫ. qz filijs isrl̄. ꝛ in interioꝛibꝫ mētis. qz interioꝛa deserti ingredientibꝫ. Unꝺ vercell̄. in plo. sup Lañ. dicit sic. Populo israelitico mādatur nomē intellectuale. ſ. qui est. siue. ens. qđ est emanatio ꝑsonalis existētie a causa causalissima. Et Damꝺ. li. j. c. iij. dic. q qui est. ꝓncipali⁹ est nomē omniꝫ noiꝫ dei. q̄ de deo dicunt. Totū em̄ in seipo cōprehēdit velut quoddā pelag⁹ infinitū ꝛ interminatum. Hic ꝺcordat Augustin⁹. v. li. de tri. c. ij. Et qz illud ꝑbū est. significat p̄s nūc eternitat̄. ß qđ ambit oēs differētias tpis. put ꝺ deo ꝺr. iō mentē siue intellectū a tpalibꝫ ad eterna. a sensibilibꝫ ad intelligibilia ducit ꝛ ꝓtrabit. vsq ad nūc eternitat̄ qđ varietates tpis nescit vt tles dicāt illud ꝑbi. Hra ꝓuersatio in celis est Sz sciendū est q ista reuelatio intellectual eternoꝝ nō fit nisi intelligētibꝫ ꝛ interioꝛa ingredientibꝫ. vbi oīe velū remouet̄ ab eis. Hā reuelatio ꝺr q̄si velī remotio ab oculis intellectualibꝫ quā remotiōz petiuit dauid dices Reuela oculos meos ꝛ ꝺsiderabo mirabilia de lege tua. De ß velamie dic apl̄s. ij. ad Corinth. iij. Usq in hodiernū die velamen in lectiōe veteꝝ testamēti manet nō reuelatū. qđ in xpo euacuat̄. Nos aūt reuelata facie gl̄iam dñi speculātes in eādē imaginem trāsformamur a claritate i claritatē tanq̄ a dñi spū. Uelamē g̃ a xpo euacuat̄ vt nob pr̄ manifestet̄. Matth. xi. neq̄ pr̄em q̄s nouit nisi fil⁹. ꝛ cui voluerit fil⁹ reuelare. xp̄m aūt spūsanct⁹ clarificat nō in se ſz in nob. vt ipe Joh. xvj. dicit. Cū venerit paclit⁹ ille me clarificabit ꝛ docebit vos oīa. qz amoꝝ diuin⁹ oīe velū remouet. ꝛ oēm ꝛitatē docet. Unꝺ apl̄s. j. Coꝛ. ij. Nobis aūt reuelauit deus ꝑ spm̄ suū q̄ oīa ꝑscrutat̄ etiā ꝓfunda dei. Et j. Joh. ij. Unctio docebit vos oīa. ſ. spūsscūs

Distinctio quinta

Quinto videndū est q̄lit ꝑ supintellectualē reuelatiōez eternoꝝ spūs noster eternitati initat̄. Sz hic ꝓmo occurrit dubiū. q ī reuelatiōe ista supintellectuali videt̄ includi oppositū i adiecto. quia vt ait Papias. Reuelatio ē manifestatio eorū q̄ fuerūt abscōdita. ſz abscōdita reuelant̄ cū intelligūt̄. q̄ aūt intelligunt̄ nō sunt supintellectualia. g̃ nulla reuelatio ꝺr supintellectual. Sz ad hoꝝ cognitiōz habēdā est notādū q ꝑm sctōs. augustinū. gregoriū.

dyonisiꝰ. z alios doctores bonos. hoi a dō donāt diuersi habitꝰ supnaturales ad suuꝫ finē q̄ est supnaturalē cōprehēdendū vl cōsequēdū. donāt em̄ intellectui habitꝰ supnaturales ad suū finē cognoscendū. vt fides. z scia diuinoꝝ ꝛc. Donāt etiā volūtati supnaturales habitꝰ ad deū diligēdū. vt charitas siue amoꝝ gratuitꝰ ꝛc. Sz habitꝰ charitatis excellit oēs habitꝰ itellectꝰ vt fidē z spem et sciam ꝛc. vt expresse oñdit aplꝰ. j. Co. xiij. vbi primo enumeratꝫ aliquib actib z habitib intellectꝰ z volūtatꝫ. maioꝝ aūt horꝝ infert est charitas. Et oñdit ibidē q̄ nullꝰ habitꝰ vel actꝰ intellectꝰ est meritoꝝ sine habitu volūtatis q̄ est charitas. z q̄ habitꝰ intellectꝰ aliqualit cuacuabūt ꝓpter impfectiōz eoꝝ ī patria. Habitꝰ aūt volūtatꝫ ꝓpter suā pfectiōez pmanebūt ī patria. sz pfectiones eliciūt actꝰ. vt patz. z iō actꝰ dilectiōis hic pfert actui cognitiōis tāq̄ pfectior. Vñ Matth. xxij. ōr. q̄ dilectio est primū z maximū mādatū. Itē actui dilectiōis ꝓuenit vnire z trāsformare. vt dicē Dyoni. de diui. no. vt visū est supꝝ. hoc aūt nullꝰ attribuit itellectui ꝓprie. Ex his igitur ptz plane q̄ actꝰ dilectiōis excellit z pcedit actū cognitiōis itellectual in aliq̄ gradu Inq̄tū aūt eū excellit intrīn cū excedit attingēdo deū in aliq̄ gradu dilectiōis. ad quem actꝰ intellectual extēdi nō pōt. qz supintellectual est saltē in hac vita. qz in pria videbimus deū sicē est. vt ōr. j. Jo. iij. Hec obstat qd dicē Aug⁹. Incognita neq̄q̄ pñt amari. qz ē noticia aliq̄ nō intellectual. sz affectual seu experimētalis. vt statim patebit. Cū pdictꝫ cōcordat Hugo cōmētator Dyonisij sup. vij. angel. hierar. dicēs sic. Intelligas quāta est vis veri amoꝝ z dilectiōis. si tn̄ intelligi pōt qm̄ dilectio supeminet scie. z maioꝝ est itelligētia. pl⁹ eīm̄ diligit q̄z intelligit. Intrat dilectio z appropinq̄t. vbi scia foris stat. Et reddit rōnē. Quia amoꝝ inq̄t pſumēs z confidēs amato. suo acumine penetrat oia. impetū sequēs ardētꝫ desiderij sui. nec dissimilari valens donec ad amatū queniat. z eoipo āplꝰ adhuc sitiēs itrare ipm. z esse cū ipo. z esse tāpe. vt si fieri possit h̄ idē ipm sit qd ipe. Ecce expresse dicē q̄ verꝰ amoꝝ dei vnit deo īmediatꝰ q̄z intellectio. z qđ intellectꝰ nō capit. Sic g̃ talis noticia affectual est supioꝝ itellectuali. Cū his concordat p oīa vercellenſ. sup Lañ. dicēs q̄ affectꝰ z intellectꝰ simlꝫ coambulāt vsq̄ ad nouissimū defectū intellectus. vbi hz sue cognitiōis z sui lumis cōsummationē. Affectꝰ aūt adhuc ptinet pncipalia in deū suspiria. supintellectuales extēsiones. z immissiones. feruidos fulgores. z fulgidos feruores. ad quoꝝ oim sublimes excessus z excedētes sublimitates itelligētia trahi non pōt. sz solū pncipalis effectꝰ deo vnibilis. et h̄ idē post dicē. Tāta est ꝑtus veri amoris et puleri q̄ nō solū facit hoies z angelos excedere ꝓpriā naturā vt in deū ascēdāt. sz etiam deū q̄si naturā ꝓpriā egredi vt ad creaturas ḡsi infra naturā suā pcedēdo descēdat. Et h̄ vt dicē Dyoni. iij. de diui. no. audendū est dicere p̄ bitate. cū tn̄ sit īegressibilis a se. licz ipe suā immēsitatē nr̄e capacitati cōtemperet eo īmutato. Hec reuelatio supintellectualis eternoꝝ fuit facta moysi in interioribꝰ defixo ꝓstituto. querēti a dño qđ sibi nomen esset. Respōdit dñs in subiecta creatura dicens. Ego sum q̄ sum. vt ōr. vercel. ego sum esse in se reflexū. vl entitas. q̄le nomē nō ꝓcipit nisi ab apice pncipal affectiōis. q̄ eternitati vnit q. d. Ne nemo potest cognoscere nisi p me ipm. Vñ nomē qđ querꝫ est mirabile qđ nemo scit nisi q̄ accipit. Apoc. ij. vbi dicē Aug⁹. Nisi q̄ accepit p reuelatiōz vel experientiā. vel sicut dicē Haymo q̄ ad h̄ destinat est vt experimēto cognoscat. Ex q̄ patz q̄ reuelatio hec nō fit nisi mētibꝰ seraphicis in interioribꝰ deserti existētibꝰ. i. in caligine occulti silentij in q̄ reuelate z ꝛe apparet deꝰ supintellectualiter. vt dicit Lincoñ.

Distinctio sexta

Exto cū reuelatio eternoꝝ ista sit superintellectual z iō cogitari nec dici possit. vt supra patuit. Jōportꝫ videre q̄liter sit attingēda z obtinēda. Circa qđ notandū est q̄ Dyoni. in li. de mystica theologia volēs thimoteo oñdere accessuꝫ ad istā reuelatiōz supintellectualē eternorū. docet eū derelinq̄re oēs reuelatōes sensibiles. z oīes reuelatōes itellectuales tā naturales q̄z supnaturales. z oīa sensibilia z itelligibilia. donec ingrediat caliginē occulti silentij. in qua reuelate z ꝛe apparet dūs supintellectualiter. Ubi Dyonisiꝰ. c. j. dicit sic ſm trāslationē abbatꝫ. Tu aūt amice thimotee ad hoc q̄ capax fias mysticaꝝ ꝓtemplationuꝫ siue reuelationū incorporari sic radio diuino. derelinque sensus. z sensibilia exercicia z intellectuales operatōes z oīa intelligibilia z tocti conatu big cōprime te. z si est vbi pos-

sibile cōsurge ignote z supintellectualit ad vnionē dei.que est sup omnē cognitionem. Istud verbū cōsurge ignote.exponit lincolniēn.cōmentator dicit sic. Surge z restitue te incognite vt possibile est ad vnionē dei.i. eius q̄ sup omnē cognitionē est.que quidem restitutio vl resurrectio fit p ipsi⁹ solis⁹ forte desideriū z amorē supferuidū.que nulla rationalna inuestigatione potest esse cognita. Et infra dic. Cessans em in ista caligine ab opatione cognitiois.sz estuās desideriū solius dei pfecte ab ipo incogniti.ipi soli vnit z cognoscēs videt in ista caligine sup intellectum.qz ad h cognoscendū nō posset intellectus human⁹ z inoculat⁹ attingere.nō q̄ intellect⁹ dicat inoculat⁹ a p̄uatione potentie visiue.sz a p̄uatione oīs act⁹ visiui dū oculatur in illa caligine. Sequit. Et bi sūt gradus ascēsionis in spūalē caliginē signati per ea que sunt hystorice facta Moysi. Et is ē mod⁹ habēdi se in caligine illa donec diuinus rad⁹ vere incircūuelate appareat.z se reuelet dicto modo. Hec lincoñ. Grad⁹ igit ascēsionis ist⁹ sunt. p̄mo derelinquere omnia sensibilia.secūdo oīa intelligibilia. tertio ingredi caliginē vbi apparet de⁹. Cū his pcordat q̄s p oīa vercel.cōmētator in cōmento suo sup mysticā theologiā.ca.j. vbi p eandē hist⁹iā moysi oñdit grad⁹ ascēdendi caliginē mysticā.in q̄ se de⁹ incircūuelate reuelat. Un dic ibi.q̄ moyses Exo8.xxiiij.p̄mo missus est se purgare a multitudine sensibiliū.z deinde z a nō puris separari.z p⁹ oīnē mundationē audit sonū buccine z tonitrua videt z fulgura micātia z radios ml'tos emittētia.z post separatus a multitudine popularī cū aaron z nadab z abiu z septuaginta senioribus in israel tāq̄ rōnabilibus ascēdit. z tūc fuerūt sibi reuelata intelligibilia.s. eterne archetipie siue rōnes exēplares oīm creaturaz q̄ in deo sunt.quaz intellectuali ispectione deū cognoscim⁹.quibus nihil diuinius oculis itellectualibus ītuemur. Hec ille. Tertio dic.sz adhuc restat p̄ncipalior dei cognitio.q̄ figurat in eo q̄ moyses post p̄dicta separat ab his q̄ p̄dicta secū viderāt.z subtrahit illis visis.z intrat in caliginē ignorantie. vt patet Exo.xxiiij.z vnit incōp̄rehēsibilitati diuine quā nō penetrat intelligētia.q̄ omnū clarissima z in se claudit z celat secretissime oēs cognitōes cōp̄rehēsuas. Exēplū hui⁹ plane videt in luce stellari quō abscondit̄ in luce solari in meridie. Sequit. Et oīnis vni⁹ deo p eā qui est sup oīa p̄stituit̄.in excellētia quā nec rō inuestigat.neq; intellect⁹ speculat.z quasi ab oīnib⁹ talis quasi a seipo segregat.p vnitionē dilectionis q̄ est effectiua p̄ cognitōnis vnit deo intellectualit cū ignoto.z cū cognitiōe multo melioꝛi q̄s sit cognitio in eo q̄ intellectualis est. In eo q̄ cognitionē intellectualē derelinq̄t sup intellectū z mentē deū cognoscit. Hec ille. Exp̄dictis patere p̄t q̄ reuelatio sup intellectual' nō fit p intelligibilē cognitiōem sed p ardentissimā imo supferuidā dilectionis exp̄imentalē noticiā. Ex his etiā apparz sicut dic lincoñ.q̄ hec reuelatio q̄ fit incircūuelate z p̄ absq; symbolis z imaginib⁹. Fit sui nudam apparitionē solū fit his q̄ trāscendunt immūda oīa.i.terrena oīa.q̄ amore cōtracta maculāt amantē mentē z etiā pura q̄ nō maculāt mentē cōtingentē q̄ ascendunt sup ascēsionē omnū sanctaz extremitatum h̄ est.ascēdunt sup oīnes act⁹ oīnis v̄tut̄ apprehēsiue agētis q̄ntū possibile est intense.z derelinquūt oīnia diuia lumia illustrantia. z introeūt in caliginē h̄ est actualē ignorāti am oīm. Ubi p̄ est vt eloquia aiūt q̄ est sup oīnia.solū em ibi inuenit z tenet. Qual' ibi inuenit nō est effabilis. Hec ille. Cui tal'revelatio facta fuerit dicat illud Matthei.vj. Cōfiteoꝛ tibi p̄ dñe zc.

Distinctio septima

Septimo videndū est qualiter spūs buman⁹ ad veniendū p iter occulte reuelatiōis ad intrinsecū secretū dñi ab ipo inuitat Can.ij.dicēte. Surge,ppera amica mea.formosa mea z veni.z hui⁹ inuitatiōis subiūgit allectiuū dicēs. Quia iam ambulātib⁹ reuelata est v̄itas.qz tā vox turturis audita est ī terra nr̄a.i. vox paterni v̄bi reuelātis omnē veritatē in terra būanitatis nostre Dic ḡ. O amica mea,ppter secretoz reuelatiōem. Joh.xv. Uos dixi amicos qz oīnia q̄ audiui a patre nota feci vobis.noticia exp̄imētali.dic Grego.i omel'. Surge ad reuelationū pfectionē a sensibili ad intellectuale.ab intelligibili ad supintellectuale.z p̄m p̄s. Dispositi ascēsiones ī corde suo in valle lachrymaz. O colūba mea,ppter reuelationū exercitatoꝛ. Can.ij. O culi tui sicut colūbaz sup riuos aquaz.id ē.vt dic v̄cell'.innitētes aq̄s sapie.que deriuant a fonte sapie.in q̄b⁹ mētes colūbine tāq̄s in puro

spe culo ꝺtēplant reuelatiões mētē simplifi/
cantes ꝛ purificātes. Propera,ꝑꝑ reuela
tionū plenissimā effusionē. Uñ colūbe q̄ re
sident in mētis suspēdio q̄etate iuxta fluēta
plenissima.ꝛ ꝑ quā vt dicit vercell.q̄tū mor
talibꝫ ꝺcedit ad plenissimas sapīe essentialis
copias accedit.quaꝝ plenitudo nulla effusi
one diminuit. Hec vercell. O formosa mea
ꝑter reuelationū radiosam illūinatoꝛ. Uñ
Isa.lviij. Implebit dñs splēdoꝛibꝫ aīam tu
am.ꝛ eris q̄si ortꝰ irriguꝰ cuiꝰ nō deficiūt aq̄
Exēplū de moyse cuiꝰ facies ex ꝺsortio dñi
splēdida facta est.vt videri nō posset oculis
coꝛpalibꝫ. Veni,ꝑꝑ diuinaꝝ reuelationū
certā directioꝛ.ꝑs. Specie tua ꝛ pulcritudi
ne tua tē.qꝛ vox iā turturis audita est ī terra
nostra.gemitu amoroso cantās. Ego sum
via veritas ꝛ vita. Joh.xiiij. Ego sum via ꝑ
quā tutissime ibis.ego sum ꝟitas ad quam
certissime ibis.qꝛ iā finis enigmatꝭ est. Ego
sum vita in q̄ eternaliꝫ ꝑmanes. Qui em̄ in
uenerit me inueniet vitā. Prouer.viij.ꝝ veni
qꝛ mens q̄si auis turturea īuenit sibi niduꝫ
ꝺtinue māsionis ab eterno turture ꝑpatuꝫ.
vbi reponat pullos suos.ī. oñes castos et
amoroſos ꝺceptꝰ caste mētis.ꝛ casto ꝛ amo
roso turture.ī.ꝟbo paterno auditos ꝺceptꝰ
ꝛ gemitꝰ. Uñ glo.dic̄. Turtur est xp̄s ama/
toꝛ castitatꝭ.cuiꝰ vox audita est ī terra nr̄a.ī.
in humanitate.in q̄ verbū paternū denūci/
at nobis amenissimū aduenisse tps verꝭ ꝛ tē
pus gr̄e in q̄ nobis reuelabit oīa que audi/
uit a p̄re. Joh.xv.dū sicut dic̄ Grego. Affe/
ctus nr̄i imꝑmunꝫ diuīo amoꝛi cui nihil oc
cultaꝫ. Uñ vercell.exponit illud ꝟbū dicēs
sic. Turtur est soliuagꝰ.ꝛ signat mētis ꝟtutē
vnitiuā ꝛ supintellectualē.q̄ nidificat ī ame/
nissimis locꝭ virētibꝫ ꝛ assiduis ꝺtēplatiuis
mētibꝫ.ꝛ pullos vt turtur fouet nocte ī sup/
lucēti caligine occulti silētij Amē.

Sextū iter eterni/

tatis ꝑ qđ spūs nr̄ venit ad intri
secū secretū ꝛ eternale maneriuꝫ
dñi ihu est eternoꝝ experimentalis
ꝑgustatio ꝛ noticia. Nisi em̄ esset in nob eter
noꝝ quedā spūalis ꝑgustatio.nō dicerꝫ. ꝑs
Gustate ꝛ videte q̄m suauis est dñs tē. Ad
maioꝛē huiꝰ itineꝛ noticiā septēꝑ ordinem
sunt notāda. Primo igit videdū est quid
hec experientia dicaꝫ.ꝛ q̄re ꝑcedētia itinera se/
quaꝫ. Secūdo q̄ꝝ potētiaꝝ ꝟsta experimē/
talꝭ noticia dicaꝫ Tertio q̄lit spūales sensꝰ
potētiaꝝ ab experimētali noticia ipediāt q̄r/
to q̄lit ꝺteriores sensꝰ spūales repāt lꝭ refoꝛ
mant. Quinto qualit ꝑ gustū ꝺteriores
spūalē eterna ꝑgustant. Sexto qualit q̄/
libet sensus ꝺterioꝛ spūalis eterna experiat
Septimo qualit spūs noster ad venien
dū ꝑ iter experientie ad intrīsecū dñi ivitat

Distinctio prima

Primo igit videdū est q̄d ꝟ experientia
dicaꝫ.ꝛ qualit alia itinera sequatur.
De q̄ notandū est.q̄ siē dicit papias
q̄ experiētia idē est qđ noticia. Uñ experientia
videt esse obiecti cuiuslibꝫ potētie p̄tialis
actꝰ ꝛ noticia. Actꝰ em̄ vitales attingunt sua
obiecta actiue vl passiue vl vtroq̄ mō. ſm
quosdā. alias potētia nō fieret in actu. Uñ
si oñes hoies dicūt mihi ꝟ esse dulce ꝑ hoc
nō habeo noticiā experimentalē de illo.etiam
quātūcūq̄ ꝑbēt ꝑ rōes.ſz opinionē vel fidē
vel sciam possem hr̄e. Sz si gustꝰ me attigit
gustabile.vl attingit ab illo.tūc habeo noti/
ciā experimentalē illiꝰ. Sil est de gustu inte/
riori ꝛ aliꝭ sensibꝫ spūalibꝫ. Uñ si ego lego
vel audio ab aliq̄ q̄ dulcis sit dñs,ꝑter hoc
nō habeo noticiā experimentalē de ꝟ. nisi gu/
stus spūalis attingat a dulcedine diuia.vt
dicat cū spōsa. Fructus eiꝰ est dulcꝭ gutturi
meo. Lañ.ij. vbi loquit ꝺ gustu spūali.vt pa
tet in glo. Et ista noticia experimētal ꝑfectis
moꝝ est. Uñ dicit Bern̄.sup Lañ. Quicūq̄d
de tuis occultis scimꝰ o dñe Jhu aut scꝑtu
ra docēte.aut te reuelāte.aut certe qđ ꝑfectis
simoꝝ est gustādo didicimꝰ.i.experiēta. Et q̄
patere pōt scōm s.q̄ istud iter experimentalis
noticie eternoꝝ rōnabiliter sequit̄ innera ꝑ
cedentia. Quid ꝑdest nāq̄ multa cognosce/
re ꝛ intelligere nec illa expiri. nec ad aliquez
vsum illa habere.q̄ experientie noticia q̄q̄ ē
necessaria. Unde Hugo cōmentatoꝛ super
vij.angelice hierarchie.dicit sic. Nō facit ꝑfe
ctum cognitio ꝟtutis nisi ꝛ habitꝰ virtutis ꝑ
experiētia subsequaꝫ. Magistra em̄ intelli/
gēdi est experientia.ꝛ illa optime iudicij veri/
tatē cognouit.qui cā nō audiēdo solū ſz gu/
stando ꝛ faciēdo didicit. Sequit. In experi/
entia nāq̄ ꝛ habitu virtutis cognitio ꝑfecte
veritatis.quia in sola intelligēdi illuminati
one inchoaꝫ. Hec ille. Ad hanc experientiam
hortaꝫ Petrꝰ prima cano.c.j.dicēs. Si em̄
gustastis q̄ꝝ dulcis est dñs.rationabiliter ite/
rq̄ iter experimētalis noticie eternoꝝ sequit̄

pcedentia itinera tāq̄ illa pficiēs.

Distinctio secūda

Secundo videndū est quaꝝ potētiarū z quoꝝ sensuū exp̄imentalis noticia esse dicat. Circa qđ notandū est q̄ in libro de spū z aīma dr sic. Duo quidē i homine sunt sensus. vn⁹ interior z alius exterior. z vterq̄ bonū suū habet in quo pficitur. Sensus exterior reficit in cōtemplatōe humanitat̄. sens⁹ iterior īcēplatiōe diuinitatis. Propterea eīm deꝰ factꝰ est homo vt totū hominē beatificaret. z tota cōuersio hominis esset ad ipm. z tota dilectio esset i illo cū a sensu carnis videt p carnē. z a sensu mētis p diuinitat̄ cōtemplationē. Sequitur. Nocerat totū bonū homis vt siue ingred̄eretur siue egrederet pascua in suo factore inueniret. Et ifra dicit. Cū homo ꝓstet ex carne z aima. z in carne sint q̄nq̄ sensus. s. visus auditꝰ. olfactꝰ. gustꝰ. z tactus. quos tamē nō mouet absq̄ aime societate. ita aīma similit habet q̄nq̄ sensus suo modo. qr spūales rēs nō corpalibꝫ sensibꝫ sz spūalibꝫ rimāde sunt. Et sequit. Vñ diuina vox in Deutero. ait. Videte q̄ ego sum deꝰ. Ecce spūalis visus. Et in Apoē. Qui habet aures audiat q̄d dicat spūs ecclīs. Ecce spūalis auditꝰ. Et in ps. Gustate z videte q̄m suauis est dominꝰ. Ecce spūalis gustꝰ. Et apl's. Bonꝰ odor xp̄i sumꝰ. Ecce spūalis olfactꝰ. Et i euāgelio Fi de mulierē se tetigisse magis q̄z corpe oñdit. dicēs. Quis me tetigit. Ecce spūalis tactus Et sequit. Sic mō cū oīmi cautela seruādū est q̄d ad corpis sensus. z q̄d ad aie dignitatem ptineat. Hec ille. Ex his plane ptz q̄ sicut experiētia corpaliū fit sensibꝫ corpalibꝫ. ita expientia spūaliū fit in mēte spūalibꝫ sensibꝫ.

Distinctio tertia

Tertio videndū est qualit̄ sensus nostri interiores spūales ab illa experimētali noticia impediūt. De quo notandū q̄ sensus spūales dupliciter impediunt ab exp̄imētali noticia. Vnū impedimentū est ex natura corrupta. aliꝫ est ex nostra negligētia. De p̄mo impedimēto bernardꝰ i mōe. lxvj. sup Cañ. dicit sic. Sapore interiorē p̄didim⁹ ab ipo pene exordio generis nr̄i. Vñ exquo cordis palatū sensu carnis q̄lente infecit virꝰ serpentis antiq̄ cepit nō sape bonū. ac sapor noxꝰ subintrat z insipiētia mulierꝫ. i. sensualitat̄ saporē bōi excludit. qr serpētis malicia z astutia mulieris insipiētiā circūuenit. Hec ille. Iste morsus serpētinꝰ fecit sensus interiores langue scere z tabescere. Ex tūc eīm visus interior spiritual' tenebr̄escit. auditꝰ surdescit. olfactꝰ tabescit. gustus amarescit. z tactꝰ crassescit. vt clamet p̄pheta. Oculos habēt z nō videbūt aures habēt z nō audiēt rc. Tales manent in tenebris exterioribꝫ carnis. De īpedimento secūdo dicit in libro d̄ spū z aīma sic. Hoc bonū magnū qđ habuit ex duplici ssu. s. interiori z exteriori bene ordinato malū magnū secutū est. quoniā p̄dito bono qđ intus erat egressa est aia ad bona aliena q̄ foris crāt. z pactū fecit cū delectatiōibꝫ seculi. requiescēs in illis. nō attendēs homo boni sui interi⁹ absentiam. eo q̄ cōsolatiōes suas cerneret in bonis alienis. Hā cum exterior sensus carnalis bono suo foris vtit. interior sensus q̄si obdormit. Non enim cognoscit bona interioris sensus q̄ iocūditate bonoꝝ exterioꝝ capit. De hoc vide hic p̄imo mēbro pleni⁹. qualiter vtrūq̄ impedimētū tollitur. s. experimentalis noticie. Itē in tertio itinere aliqua inuenies de eodē.

Distinctio quarta

Quarto videndū est qualiter sensus interiores spūales reformant vel reparant. Circa qđ sciendū est q̄ cōtra p̄imū impedimētū. s. corruptōz nature necesse est vt a Jhū sensus nostri aperiātur anteq̄ eterna experiant. Vñ Bern. libro d̄ amore. c. xix. dicit. Dñs post suā resurrectōz loquēs discipulis. ait euāgelista Luc. xxiiij aperuit eis sensum vt intelligerēt scripturas. Cum eīm inq̄t Bern. scripturaꝝ interioreꝫ sensum z virtutē miraculoꝝ z sacramētoruꝫ dei ceperim⁹ nō solū intelligere sed etiā quadā vt ita dicā expientie manu palpare z tractare. quod nō fit nisi quodā ꝓscientie sensu z experiētie disciplina. intelligētis z scientis bonitatē dei z virtutē. q̄z potēti bonitate. cū efficaci virtute in filiꝫ gratie opꝰ ipsi⁹ gratie operat. tūc demū sapiētia qđ suū est exequit tūc quos dignos iudicat. vnctiōe sua docet de oīmodꝫ. tūc apposito bonitatis sigillo. omnia pectora nostra vnctiōe illa z emollit z ipīmit z ꝓformat. Et si q̄ dura. si q̄ rigida iuenit. inculcat z infrigit. donec leticia dei salutaris accepta z sapie spū p̄ncipali ꝓfirmata. aia leta z sctā decāret ad deū. Signatū ē super nos lumē vult⁹ tui domine. dedisti letitiam in corde meo. z idē sup Cañ. sermone

xxxvj. Sapiētia assiduē vincit malicīā id ē cōcupiscentiā in mētibꝫ ad quas intrauerit. saporē mali quē illa inuexit sapore meliore exterminās. Intrās em̄ sapiētia duz sensus carnis infirmat. intellectū purificat. cordis palatū sanat z repat. sanato palato iaz sapit bonū. Sapit z ipa sapiētia qua in bonis nihil est melꝰ. Dec ille. Cōtra impedimētum secundū. scz nostrā negligentiā. necesse ē vt sensus exteriores sopiant. z a sua vagatione restringant. quia tunc interiores excitant z exercitant. Unde tertio moral'. Greg. dic̄ sic. Si exterior euagatio sensus claudit. interior sensus aperitur. Cuiꝰ rationē reddit Hugo de archa noe. vbi dicit. Dentes ḡs cure carnales exagitāt nō ꝓhendūt sapidam sapiētiā. sed qui minorat actu ipse inuenit eā. quia dū animꝰ ab exterioribꝫ ad interiora abstrahit. ad seipm colligit. z robustior ad cōtemplāda celestia euat. z cū a delectatione exteriori abstrahit. necesse est vt aliquid spūalis gaudij p̄gustare incipiat. ne si oīno a delectatiōe māserit alienꝰ ḡsi semē aridū sine humore ad gramē sapie nō ꝙuale scat. Sequit. Fit ḡ diuina gr̄a inspirāte. vt mēs sic abstracta. z terrenis desideriis exuta statim ḡdā insolita leticia pfundat vt amplꝰ amaz esse agnoscat qō deseruit q̄ magis dulce sentit qō inuenit. Sequit. Illas mēteꝫ interne dulcedis desideriū trahit. ḡs nullꝰ ꝓcupiscētie carnal' affectꝰ fligauit. Dec ille

Distinctio ānta

Quinto vidēdū est qualit̄ p interiorē gustū spūalē eterna p̄gustāt. Circa qō sciēdū q̄ nisi gustꝰ spūalis esset in nobꝭ dñs nō diceret. Qui māducat hunc panē viuet in eternū. Jo. vj. De gustu eternoz spūali ōt Ber'. li. de amore dei. c. xix. Dēs ē quedā vis aīme q̄ inberemꝰ deo z fruimur. Fruitio aūt h̄ in sapore q̄dā est dinio. Quare sapia a sapore dr. sapor aūt iste in gustu q̄dā est. Gustū aūt istū nemo p̄t digne exp̄mere. nec etiā q̄ merek gustare. sz p̄t dicere. Gustate z vi. q̄m suauis est do. Dec Ber'. Dic̄ etiam Greg. omel'. xxvj. Suauitatē eiꝰ nō cognoscit̄ si hāc mīme gustaſ. Et q̄ ḡ gustū illum nēo p̄t exp̄mere sz solū p experiētiā noscit. ideo oportet viā q̄rere q̄lit̄ spūs nr̄ ad istā gustꝰ experiētiā possit p̄tingere. De q̄ notādū est q̄ ihs q̄ est sapia p̄ris sapida. qz in eo est sapor omis suauitat̄ z delectamēti. Primū exiuit (vt dic̄ Hugo sup. plo. ange. hierar.) p creaturā mūdi. manifestauit seī opibꝫ suis. z ceperat videri visibilit̄ inuisibil' p effectū suū visibilē. Et ille exitꝰ sapie causabat i sensibꝫ nostr̄ exterioribꝫ q̄ndā noticiā eternoz scīētialē. q̄a fm aplm. Inuisibilia dei a creatꝰa mundi p ea q̄ facta sūt intellecta ꝙspiciūt. sempiterna q̄z virtꝰ eiꝰ z glia z diuitas. Et licet illō lum̄ sapie aliquē causet saporē in sensibꝫ. vt p̄z p ps. Delectasti me dñe i factura tua z̄. nō illa delectatio fit sp̄ ex gustu sapiētiali. oleo ḡtie ꝙdito. nec illa noticia est exp̄mētalis sed discursiua. Sc̄o vt dic̄ Hugo ibidē. exiuit sapia p̄ris incarnata. z facta ē lumē in testa. vt nos illumīaret z ad p̄rem reuocaret. Et ille exitꝰ sapie sine manifestatio causabat in sensibꝫ nr̄is interioribꝫ q̄ndā noticiā eternoz credibilē. supnaturalē. z iō notabilior est p̄cedēte qz supnaturalia dona pficiūt naturā vt dic̄ Dyo. Sz nec illa noticia ē exp̄mētalis. qz experientia repugnat fidei. vt p̄z p Gre. Tñ ex noticia fidei firma m̄ltiplex noticia ꝙsolatio habek. vt p̄z p Dyo. de di. no. ca. vñ vbi dic̄ sic. Fides diuia est stabil' collocatō credētiū. collocās illos i p̄itate. ꝙfirmās simplicē p̄itatē ītrāsmutabili idētitate i ipis credētibꝫ Et credētē in p̄itate teste scp̄ta Roñ. vij. nihil mouebit a leticia q̄ est fm veraꝫ fidē. sz habebit i ea pmanētiā inobil' z intrāsmutabil' idētitat̄. Qui ei p̄itati vnitus est ex ipa vnione bñ nouit qñ bñ sentit. cuius mēti corripiāt eū tāḡ mēt̄ excessū passū Tertio vt ōt Hugo. sapia icarnata q̄ se p̄uisibilia manifestat voluit oñdere quō ipa aiorꝫ cibus z refectio ē. Et iō carnē assumptā nobꝭ eduliū. posuit i sacr̄o. vt p cibū carnis ad gustū inuitaret diuitat̄. Dec ille Egressa est ḡ sapia p̄ris z q̄si iā panificata. vt etiam dicat. Ego sū panis vite. z p̄ dat vobꝭ panē de celo vez q̄ de celo descēdit. Jo. vj. Igit ihs in sacramēto ē verꝰ cibꝰ z ꝑe gustabil'. vt p gustū corpis eiꝰ pueniat ad gustū diuitat̄ eꝰ. quia ipe est via fm hūanitatē ad eiꝰ diuinitatē. vt supꝰ dictū est. Sūme āt necessariuz est ad h̄ vt ad gustū ītime diuitat̄ ptingat̄ p corpus eiꝰ i sacr̄o. q̄ sensus corpal' aliq̄ sensibili signo foueat z determiet. z vt itellectꝰ lumie supnaturali fidei ꝙfortet. z vt volūtas caritate inflāmet. z sic p spūalē māducatiōz corpis ip̄i ad gustū abscōdite diuitat̄ ptingat. Sz cce. h̄ ihs dic̄ Jo. x. Ego sū ostiū. p me si q̄s introierit saluabit̄ z pascua inuenie. Ego sum ostiū sensui corpali p sig̃ sensibilia mōstrāa

Ego sū ostiū intellectui p fidē pfectā reserā. Ego sū ostiū volūtati p caritatē feruidā. gustatū. z habitatū. Ego inq̄z sū ostiū sensui p sīg sensibilia mōstratū i sacro p sensibiles spēs sacramētales panis z vini. q̄ significāt pfectā refectiōz. Sīg em sensibilia aliud faciūt i cognitōz venire. Vñ Hu. vbi supra dr. Ne būana infirmitas p̄tractū carnis i assumptōe abhorreret. iō p̄sueti edulij spēby carnē velauit. vt sensus foueret dū cō suera ḡcipit vt etiā intellect⁹ credēdo z affectus diligēdo determīate dirigeret ad cibū būc quē p̄ sanctificauit. Jo. vj. sub spēby panis z vini. q̄ etiā signāt pfectā refectiōz esse in h sacro vt ait. Jtē ego sū ostiū intellectui p fidē pfectā reseratū. Vñ Chry. i tracta. dr symbolo dr. Fides est lumē aie. ostiū vite. fūdamentū salutis etne. z Isa. vij. Nisi crediderit nō intelligetis. q̄ p fidē intrat ad p̄tatis cognitionē. Vñ Aug⁹. sup Jo. dic. noli itelligere vt credas. sz crede vt itelligas. Intelligere em̄ est merces fidei. Fides mūdet te vt itelligere repleat te. Hec ille. Intellect⁹ em̄ būanus sine radio fidei circa diuīa est q̄si cecus. Vñ ipossibile est q̄ itellect⁹ attingat corpus xp̄i vt exhibit sub spēby sacramētalib⁹ nisi lumine supnaturali certissime fidei illumīet z dirigat. alias nōvidebit riuulos flumis rorētis butiri z mellis. Job. xx. Qō exponens Gre. xxx. moral. Butirū nascit ex carne. z sīgt xp̄i būanitatē. mel vo descēdit ex acre. et sīgt xp̄i diuinitatē. Ex his duob⁹ descēdūt septē riuuli p̄platōis būanitatis. z septē diuitatis q̄s solū fideles i tāta plenitudine q̄nq̄z recipiūt vt videāt qō dicere nō valēt. Attigit ei fides inaccessa. ait Ber. sup Can. xmo. lxix. q̄ intellect⁹ p fidē illuminat⁹ z p̄fortat⁹ attingit hāc vitatē indubitanter q̄ xp̄s ve est in sacramēto. z diuitas ve est in xp̄o. Jtē ego iēs ve sum ostiū volūtati p caritatē feruidā apētū gustatū z inhabitatū. q̄ q̄ māducat meā carnē z bibit meum sanguinē. i me manet z ego i eo. Jo. vj. Hec aūt māducatio fit spūaliter. Māducare aūt spūaliter ē attingere ad rē h⁹ sacri. Res aūt h⁹ ē duplex. vna p̄tenta z signata. z ē xp̄s iteger q̄ p̄tinet sub spēbus panis z vini. Alia ē res signata z nō p̄tēta. et hec est corp⁹ xp̄i mysticum. Ille ḡ māducat spūaliter q̄ xp̄o p̄iūgit p fidē z caritatē. Fides p̄tinet ad cognitōz. caritas ad refectōz. ideo etiā vnit corpi xp̄i mystico. i. eccl'ie Ex ista ei māducatiōe oriť attingētia spūal'. alias xp̄o nō icorparemur dū carnē ei⁹ gustā⁹. De ista aūt incorpatiōe Aug⁹. sup Jo. dr. O sacrm pietatis. o signū vnitatis. o vinculū caritatis. q̄ vult viuere accedat. credat. incorporet. vt viuificet. Et Hu. sup. vij. ange. hierar. dicit q̄ ista māducatio dr viuifica. q̄ viuos secū efficit oēs q̄b⁹ se māducādū p̄bet. Dicat ḡ mā/ducās illō Can. v. Comedi fauum cū melle meo. Fau⁹ sic dic Orig. est cera p̄ginea. cellulis distincta. melle repletis. Quid ḡ est aliō Comedi fauū cū melle meo. nisi māducare corp⁹ p̄ginee carnis dulcissima diuitate repletū. z sic p gustū būanitatis puenit ad gustū diuitatis. z iō ad p̄libamē eternitatis

Distinctio sexta

superbos. Abhominatio est superbis humilitas. Incassum laborat. Unus autē longin⁹ nocte tunc impi⁹ z superbus sed post conversus z mar/tyr z sctūs. porrigens lanceā delonge. eorū pces z rogamina ꝓtēnens. lat⁹ dñi ihu cor/rū vulnere grādi aperuit. z exiuit sanguis z aqua. Tunc mr semimortua cecidit inter brachia magdalene. Johes ꝓ dolore vr/gente. assumpto vigore insurgit ꝑ illos di/cens. Viri neqssimi. q̄re banc impietatē fa/citis. Nōne videtis q̄ mortu⁹ est. vult⁹ etiā mrem ei⁹ mestissimā occidere. discedat⁹. qr nos eū sepeliem⁹. Tunc illi sic deo placuit discesserūt. Excitat autē dña surgens q̄i eui/gilans q̄rens q̄d sit de dilecto filio suo. Re/spondent ei. nihil eē factū de eo. Postea su/spirat z anxiat z respicit filiū suū vulneratū dolore mort⁹ atterit. Vides q̄tiēs mortua est bodie. totiens certe. q̄tiēs ꝓtra filiū suum videbat fieri nouitatē. Ūñ vere impletū est in ea qđ sibi dixerat symeon Tuā inq̄t ipi⁹ aiam gladi⁹ ptransibit. Sed nunc vere filij corp⁹ z mris aiam bui⁹ lancee gladius pfo/rauit. Ponūt autē omnes se iterꝝ ad sedendū iuxta crucē. quid facere debeāt nescientes. Corp⁹ eim deponere z sepelire nō pñt. qr vi/res nō sūt sufficientes. nec instrumēta quib⁹ deponere ipm pñt. Recedere āt sic eo rema/nente nō audent. z diu sic remanere nocte appropinqnte nō valent. Vides in q̄nta p/plexitate sunt. O de⁹ benigne. quō ꝑmittis tuā ex omnib⁹ electā mundi speculū reclina/toriū vrm sic tribulari. Temp⁹ autē esset vt aliq̄ntulū respirasset.

Hora vespertina meditatio. Ca. lxxxiij

Iterū autē vident alios plures ꝓpiā venientes. q̄ erant ioseph ab arima/thia z nicodem⁹. ducētes secū alios portātes instrumēta quib⁹ corp⁹ deponāt de cruce. z portabāt q̄i centū libras myrrhe z aloes. z veniebant ad sepeliendum dñm. Tunc surgūt oēs cū timore magno. O de⁹ quāta est ista afflictio bodie. Circūspiciens aut iohes dixit. Ego cognosco ibi ioseph z nicodemū. Tunc dña resumpt⁹ viribꝫ dicit Bñdictus de⁹ nr qui mittit nob auxilium. memor fuit nri. z non dereliq̄t nos. Fili oc/curras eis. Vadit q̄ iohes eis obuius velo/citer. z attingēres se adinuicem amplexant cū fletu magno. nō valentes ꝑ magnā horā adinuicē sibi loq̄. ex cōpassiōis teneritudi/ne z habundātia fletus z doloꝛ⁹. postea ve/niunt aduersus crucē. Querit ioseph q̄ sint ibi cū dña. z q̄d sit de alijs discipul. Dicit il/li iohes istas q̄ ibi sunt De discipul aut rn/det se nescire. qr nullus ibi fuit bodie. Que/rit etiā de bis q̄ circa dñm facta sunt. z nar/rat ei iohes ꝑ singula. Cū aut fuerūt ꝑpe lo/cum. genuflectentes z flentes adorauerūt dñm. Applicātes āt recepti fuerūt reuerent⁹ ꝑ dñam z alias socias genuflexo inclinan/tes vsq̄ ad terrā. Silr ipi genuflectentes cū ploratu magno. sic steterūt ꝑ longā morā Tandē dña dicit. Bñ facitis bñtes memo/riā mgri vri. qr multuꝫ vos dilexit. z fateor q̄ in aduētu vro visum est mihi nouā oriri lucez. Nescieba⁹ eim q̄d facere deberem⁹. dñs vobis retribuat. Et illi. Dolem⁹ ex to/to corde nro de bis oīb⁹ q̄ ꝓtra eū facta sūt Prevaluerūt eim impij ꝓtra iustū. libent⁹ eū eripuissem⁹ de tāta iniusticia si potuissem⁹. saltē boc modicū obsequiū dño z mgro no/stro ꝓstabim⁹. Surgētes ḡ parauerunt se ad deponendū corpus ihu. Tu aut vt alijs loc⁹ dixi tibi diligent⁹ z morose modū depo/sitōis attende. Ponunt due scale a lateribꝫ crucis opposite. Joseph ascēdit sup scalā la/teris dextri. satagit extrahere clauū ipi⁹ ma/nus. Sed difficile est boc. qr clau⁹ grossus z longus est in ligno valde cōfixus. et sine magna suppressione man⁹ dñi nō videt pos/se fieri. sed nō est vis. qr fidelit facit. z domi/nus totū acceptat. Euulso illo. iohes ánu/it ioseph dictuꝫ clauum sibi porrigi. ne ipm dña videat. Deinde nicodem⁹ aliū extra/xit manus sinistre. z clauū simili⁹ dat iobā/ni. Descendit nicodem⁹ z iuit ad clauū pe/dis. Joseph vero sustentabat corpus dñi. Felix quippe ipe ioseph q̄ corpus dñi me/ruit sic amplexari. Tunc pendentē manum dexterā dña suscipit reverent⁹ ponit ad vul/tum suū. intuet z osculat cū lachrymis vali/dis z suspirijs doloꝛosis. Euulso aut clauo pedū. paulisper descēdit ioseph. z oēs ac/cipiunt corpus dñi z ponūt in terraz. Dña suscipit caput cum scapulis in gremio suo. Magdalena vero pedes apud q̄s tantaz gram olim inuenerat. Alij circūstant. omnes faciunt planctū magnū sup eū. omnes enim plangunt eū q̄i vnigenitū amarissime.

Hora cōpletorij. Cap. lxxxiij

Post aliquā morulā cum nox appro/pinquasset rogat ioseph dñam vt p/mittat eum volui lintheaminibus

ꝛ sepeliri. ipa ꝯtendebat dicēs. Nolite ami-
ci mei tā cito filiū meū accipe. vel me cū ipo
sepelite. Flebat aūt lachrymis irremedia-
bilib. Aspiciebat vulnera manuū ꝛ laterꝫ.
modo vnū. mō aliud. Aspiciebat vultuꝫ eiꝰ
ꝛ caput. ꝛ videbat spinaꝝ puncturas. depi-
lationē barbe. faciē ex sputis ꝛ sanguine de-
turpatā. ꝛ caput tonsuꝫ. ꝛ de fletu ꝛ aspectu
nō poterat satiari. Legit aūt in quadā scri-
ptura ꝙ dñs ꝺuote sue reuelauit ꝙ ipe ton-
sus fuit capillis ꝛ depilatꝰ barba. sed euan-
geliste nō scripserūt omia. Et q̄dē ꝙ ipe fu-
it tonsoratꝰ. nescio ꝓbare ꝑ scripturā. Sed
de depilatiōe barbe pōt ꝓbari. Dicit enim
Hieremias in ꝑsona dñi. Corpꝰ meū dedi
ꝑcutientib. ꝛ genas meas vellentib. Unꝺ
ipa mr̄ hec fidelit aspiciebat ꝛ morose vide-
re volebat. Tardāte aūt hora dic̄ Johes.
Dña ꝯdescendāꝰ ioseph ꝛ nicodemo ꝛ ꝑmit-
tamus aptari et sepeliri corpus dñi nr̄i. qꝛ
ꝓpter nimiā morā possent pati calūniā a iu-
deis. Ad hanc vocē tanq̄ grata ꝛ discreta. ꝛ
cogitans ꝙ ipi iohi cōmissa est ꝑ filiū. nolu-
it amplꝰ ꝯtendere. ꝛ signans ꝛ benedicens
eū ꝑmisit aptari ꝛ inuolui. Tūc iohes ꝛ ni-
codemus ꝛ alij ceperūt inuoluere corpus ꝛ
aptare cū lintheaminib vt mos erat iude-
is. Dña tñ semꝑ tenebat caput ipiꝰ in gre-
mio suo qꝺ sibi reſuauit aptādū. ꝛ magda-
lena pedes. Cū ergo venerūt ad crura ꝓpe
pedes. dicit magdalena. Rogo vos vt ꝑmit-
tatis me aptare pedes apud q̄s sum miseri-
cordiā cōsecuta. Quib ꝑmittentib illa pe-
des ipos tenebat. ꝛ videbat deficere ꝑ do-
lore. ꝛ q̄s alias lachrymis cōpūctiōis riga-
uit. nūc multo magꝫ vndis lachrymaꝝ do-
loris ꝛ cōpassionis largit lauit. Aspiciebat
pedes sic vulneratos. ꝑforatos. desiccatos
ꝛ sanguiatos. amarissime multū flebat. Nā
vt veritas de ipa ꝑhibuit testimoniū. dile-
xit multū. ꝛ ideo fleuit multuꝫ. ꝛ maxīe in h̄
vltimo obsequio mgr̄i et dñi sui. sic afflicti.
sic flagellati. sic vulnerati. sic mortui. ꝛ in ni-
hiluꝫ sic redacti. Vix cor sibi in corpe stare
poterat ꝑ dolore sed bñ cogitari potest ꝙ si
posset. libenter ad pedes dñi sui expirasset.
Nō videbat remediū doloris nec ꝯsueue-
rat ei in talib obsequi. Nouū ꝛ vltimuꝫ est
hoc obsequiū qꝺ ei nunc ꝑstat. ꝛ in h̄ ꝑstan-
do amaricat anīa sua. qꝛ nō pōt illud face-
re vt vellet intime. ꝛ deceret. Vellet em̄ to-
tum corpꝰ lauare. vngere ꝛ bñ aptare. sꝫ nō
est tempꝰ ꝛ locꝰ. Nō em̄ poterat plꝰ. nō po-
terat aliud. facit qꝺ pōt. saltem pedes lauit
cū lachrymis. tandeꝫ deuote abstergit am-
plexatur. deosculat. inuoluit ꝛ aptat fidelit
quantū meliꝰ nouit ꝛ potest. Sic ḡ aptato
corpe. respiciunt ad dñam vt ipa cōpleat. ꝛ
om̄es planctū reincipiunt. Tūc ipa videns
ꝙ amplꝰ differre nō pōt. Ponit vultū sup
faciē dulcissimi filij sui. ꝛ dicit. Fili mi ī gre-
mio meo te mortuū teneo. durum est valde
diuortiū mortis tue. Jocūda ꝛ delectabil
fuit inter nos cōuersatio. ꝛ sine q̄rela et of-
fensa fuimꝰ inter alios. q̄uis tu dulcissime
fili mi vt nocens sis mō occisus. Fideliter
fili mi ſuiui tibi ꝛ tu mihi. sed in hac pugna
tua dolorosa. nec pat tibi auxiliari voluit.
nec ego potui Tu teip̄m dereliq̄sti propter
amorē generis hūani. qꝺ redimere voluisti
Dura penosa ꝛ nimis penosa est ista redē-
ptio. de qua gaudeo ꝓpter salutē hoim. Sꝫ
in tuis dolorib ꝛ morte tua multū affligor
vehement. qꝛ scio ꝙ nūq̄ peccasti et sine cā
tam amare occisus es. tā morte turpissima
Modo ḡ fili mi disiūcta est nr̄a societas. et
me a te nūc oportet separi. Sepeliā ergo te
ego mr̄ tua mestissima. Sed postea q̄ ibo?
Ubi etiaꝫ morabor fili mi? Quō sine te vi-
uere possim? Tecū ergo libentius sepelirer
vt vbicūq̄ esses. ego similit essem tecū. Sꝫ
ex quo nō possum corpe. sepeliar tamē men-
te. anīam meā in tumulo sepeliā cum corpe
tuo. eā tibi dimitto. eā tibi cōmendo. O fili
mi q̄ anxia est separatio ista. Et iterum ex ha-
bundātia lachrymaꝝ. multo meliꝰ lauit fa-
ciē filij. q̄ magdalena pedes. Abstergit au-
tē faciē eius ꝛ deosculās os ꝛ oculos eiꝰ. in
quodā sudario caput ip̄m inuoluit ꝛ diligē-
ter aptauit. Tandē iterū benedixit ꝛ signa-
uit eū. Et tunc om̄es adorātes eū flexis ge-
nib ꝛ pedes eiꝰ deosculātes. accipiūt ꝛ por-
tant ad monumentū. Dña tenebat caput ꝛ
scapulas. magdalena pedes. Reliq̄ vero sta-
bant in medio. Erat ꝓpe locū crucifixionis
sepulchrū quātū est longitudo eccl̄ie nr̄e vl
circa ī qua sepelierūt eū reuerent. flexis ge-
nib ꝛ cū fletib magnis ꝛ singultib ꝛ suspi-
rijs crebris ꝛ multꝫ. Quo sepulto mr̄ iterū
bñdicit amplexat eū et stat sup dilecto filio
suo. Sed eleuātes eam posuerūt magnuꝫ
lapidē ad ostiū monumēti. De hoc monu-
mento dicit Beda. ꝙ fuit domꝰ rotunda de
subiacente rupe excisa. tante altitudinis vt

vir hō manu extenta culmē posset attingere. introitū habēs ab oriente. in parte vero aquilonari locꝰ dñici corpis de eadē petra factꝰ est. septē pedes hñs longitudinis.

Meditatio post cōpletoriū.

Capl'm. lxxxiij

Volens aūt ioseph redire in ciuitatē post officiū sic cōpletū. dicit domie. Dña mea ego vos deꝑcor ꝓpt̄ deuz ꝛpter amorē filij vr̄i ꝛ mgr̄i mei si placet vt diuertatis in domū meā. scio em̄ q̄ domuz ꝓpriā nō habetꝭ. vtamini mea vt vr̄a. q̄a oīa mea vr̄a sunt. Sil'r ꝛ nicodem. O q̄lis cōpassio. Regina celi nō hꝫ vbi caput suuz reclinet. ꝛ hos dies lugubres ꝛ viduitatis sue sub alieo tecto ducere oportebit. Vere dies viduitatis sunt isti. q̄ dñs ihs erat ei filꝰ ꝛ sponsus. pr̄ ꝛ mr̄. ꝛ oīne bonū. ꝛ oīa simul eo mortuo pdidit. Vere vidua est et derelicta. ꝛ q̄ diuertat nō hz. Tūc ipa se inclinans hūiliꝫ ꝛ gr̄as agens. rñdit se esse cōmissam iohi. Quib⁹ iohes adhuc eā rogantib⁹ rñdit q̄ volebat eā ducere in montē syon in domuz in qua mgr̄ cenauit heri sero cū discipul'. ꝛ ibidē stare cū ea volebat. Illi ꝙ inclinātes se dñe. ꝛ adorātes sepulchrū abierunt. Et isti vt euāgeliū dicit remanserunt sedentes ꝓtra sepulchr̄z. Appropinquāte aūt nocte dicit iohes dñe. Nō est honestū hic nimis morari vel de nocte in ciuitatē redire. ꝛ iō si vobis placet dña recedamus. Tunc dña surgēs ꝛ genuflectēs ad sepulchrū amplexaꝫ. bñdicensq̄z sepulchr̄z dicit. Fili mi nō possuz ampliꝰ stare tecū. ego recōmendo te pr̄i tuo. Sublenatis ēt oculꝭ in celū dicit cū lachrymis ꝛ affectu magno. Pater e'ne. recōmendo vobis filiū ꝛ meaz aiam quā dimitto. Et recedere tūc ceperūt Cū aūt venerūt ad crucē. ibi genuflexit ipa ꝛ adorauit crucē dicēs. Hic req̄euit filiꝰ meus. ꝛ hic est pcios̄simꝰ sanguis ei⁹. Sil'r et oīes fecerūt. Cogitare nāq̄z potes q̄ ipa ꝑma fuit q̄ crucē adorauit. Exinde recedunt ihs̄ ciuitatē. ꝛ ꝑ viā se sepe ꝙtebat retrospiciens. Cū aūt fuerūt in locꝫ vltra quē sepulchrū ꝛ crucē amplꝰ videre nō potuerūt. vertit se. iclinauit. genuflexit ꝛ deuotissime adorauit. sil'r ꝛ oīes fecerūt. Appropinq̄ntes ad ciuitatē sorores dñe. velauerūt eā tanq̄z viduā. coopientes q̄i totū vultū suuz. ꝛ ꝑcedebant. Dña aūt int' iohem ꝛ magdalenaz seq̄bat mestissime sic velata. Tūc magdalena volens in ingressu ciuitat̄ sumere viā q̄ ducit ad domū suā. ꝛ illuc eos ducere. ꝑuidit sibi ante. ꝛ dic̄. Dña mea ꝑcor vos amore mgr̄i mei vt eamus ad domū nr̄am. ꝛ ibi melꝰ stabim⁹. scitis ei⁹ quō libent̄ veniebat ad eā. Ipa vr̄a est ꝛ oīa mea vr̄a sunt. Rogo vt veniat̄. Et hic plangere inceperunt. Dña aūt tacente ꝛ annuēte ihs̄ iohem adhuc illa rogat iohem. Ipe vero rñdit. Decenti⁹ est vt eam⁹ vsq̄z montez syon. ꝛ matrie q̄ sic rñdebam⁹ amicꝭ nr̄is. tu potiꝰ venias cū ea. Tunc magdalena rñdit Bene scis q̄ veniā cū ea q̄cunq̄z ierit. ꝛ nunq̄z dimittā eā Intrantib⁹ aūt illis ciuitatē. ꝑcurrunt vndiq̄z ꝛ gines ꝛ matrone bone cuz ꝑpendere eam potuerūt ꝛ associāt eā ꝑ viā ꝓsolando. sed magnꝰ vtiq̄z fit ploratꝰ. sed ꝛ boni boiēs cōpatiebant̄ eidē ꝑ q̄s transibāt ꝛ mouebātur ad fletū. dicentes. Certe magna iniusticia est facta hodie ꝑ ꝓncipes nr̄os. ꝓtra filium istiꝰ dñe. ꝛ deꝰ ꝑ eo magna signa ostendit. caueāt q̄d fecerint. Cū aūt venerūt ad domū. tūc ipa se vertens ihs̄ dñas. ꝛ gratias agens deuotissime inclinauit. Ipe ꝙ inclinātes se ꝛ genuflectētes oīes ceperūt facere planctū magnū. Intrauit ḡ dña domū ꝛ magdalena. ꝛ due sorores sue. Johānes vero ponēs se sup ostio. rogauit oīes vt redirent ad domos suas. q̄ tarda hora erat. ꝛ gr̄as agens eis. ostiū ille clausit. Tūc dña ꝑ domū circūspiciens sic dicebat. Fili mi dulcissime vbi es. q̄ hic te nō video. O iohes vbi est filiꝰ meus. O magdalena vbi est pr̄ tuus q̄ te sic tenerrime diligebat. O dilecte sorores vbi est filiꝰ noster. Recessit a nobis gaudiū nostrū. dulcedo nr̄a. ꝛ lumē oculorū nostrorū. Recessit autez cū magna angustia. vos audistis. Et hoc est q̄d mihi magis auget dolorē. q̄ recessit totus afflictus. totus lacerat⁹. totꝰ anxius ꝛ sitibundus. coactus. opp̄ssus ꝛ violent⁹. nec ei potuimus in aliq̄ subuenire. oīes reliquerūt eum. ꝛ pater eiꝰ oīnipotēs deꝰ noluit euz iuuare. Et q̄cito facta sunt ista. vos vidistis. Cuius vnq̄z vl'sceleratissimi homis fuit sic accelerata ꝛ fulminata dānario. O fili hac nocte captꝰ fuisti. ꝑfide traditꝰ. mane in tercia ꝓdemnatꝰ. ꝛ in sexta crucifixꝰ ꝛ ita mortuus es. O fili q̄z amara est ista sepatio tua. ꝛ memoria turpissime mortꝭ tue. Tandē iohānes rogans vt desisteret. ꝑsolatꝰ est eaz. Tu autē si vires tuas experiaris. sciesvtiq̄z

eis parare ꝛ seruire. cõsolari ꝛ ꝓfortare eaz q̃ parũper comedat. ꝛ alios ad comedẽdũ cõforta. q̃ adhuc ieiuni sunt. Et postea benedictione a dña ꝛ a singulis aliꝫ suscepta discedas.

Meditatio de dña ꝛ sociab⁹ die sabbati. Capitulũ. lxxxv.

Q Ane aũt sabbati. stabant in domo ianuis clausis dña et alie socie vnaçũ iobãne afflicte ꝛ dolorose tãq̃ orphane ꝛ plene meroze. nõ loquẽtes sed memorãtes sedebant simul. aspicientes se mutuo raptim. sic cõtingere consueuit magna pressura ꝛ calamitate grauatꝫ. Pulsatũ autẽ fuit ad ostiũ ꝛ timebant. q̃ omia timuerunt. securitas em̃ eorũ discesserat. Tamẽ iobãnes ibat ad ostiũ. ꝛ aspiciẽs cognouit petrũ ꝛ dixit. Petr⁹ est. Et dña. Aperias ei. Ingredit igit̃ petrus verecũde cũ singultibꝫ magnis ꝛ fletibꝫ. ꝛ tunc omnes plozare ceperũt. nec verbũ loqui poterãt p̃ meroze. Postea veniũt successim ꝛ alij discipuli etiã plozãtes. Tandẽ cessantes a fletu incipiũt de dño suo loqui. Dicit g̃ petr⁹. Ego verecundoz in meipo. nec deberẽ in cõspectu vestro loqui vel homibꝫ apparere. q̃ dñm meum q̃ me tantũ diligebat. sic reliqui ꝛ negaui. Similit̃ ꝛ alij cũ ꝓcussione palmarũ lachrymarũq̃ effusione. seipos redarguebãt q̃ dñm suũ dulcissimũ sic reliquerãt. Tũc dicit dña. Magister bon⁹ ꝛ pastoz fidel̃ recessit a nob. ꝛ nos remanem⁹ velut orphani. sed spero firmit̃. q̃ cito rehabebim⁹ ipm. ꝛ vos scitis. q̃ benign⁹ est filꝰ meus ꝛ vos multũ diligebat. Nõ dubitetis. q̃ bene reconciliabit̃ ꝛ libent̃ remittet omnẽ offensã siue culpã. Tant⁹ autẽ fuit ꝓmissione patrꝭ furoris impet⁹ cõtra eum. ꝛ ita ꝓualuit malozũ audacia. q̃ non potuissetis eũ iuuare. etiã existẽtes cũ eo. ꝛ tõo nolite turbari. Respõdit petr⁹. Vere dña mea ita est vt dicitꝭ. nã ꝛ ego q̃ tm̃ initia vidi. tanto fui timoze ꝓcussus in atrio cayphe q̃ vix credebam me posse euadere ꝛ eũ negaui. nec fui mẽoz verbozũ quibꝫ hoc p̃dixerat mihi. q̃sq̃ me respexerat. Tũc magdalena querit q̃d ei p̃dixerat. ꝛ respõdit de negatiõe. ꝛ narrat ei totum. Et addidit q̃ eis alia plura dixit in cena de passione sua. Tũc dicit dña. Vellem audire de bis q̃ dicta ꝛ facta fuerũt in cena per eoz. Et petr⁹ annuit iobi vt ipe referat. Jobãnes ꝓo incipit ꝛ narrat totũ. ꝛ sic tam de bis q̃z de aliꝫ q̃ fecerat dñs ihs cũ eis. narrant adinuicẽ. modo vn⁹. modo alius. Sicq̃z totã diẽ de ipo sermocinãdo ꝓcurrunt. O q̃z attente auscultabat magdalena sed multũ attenti⁹ ipa dña. O q̃tiens i ipsa die dicebat in narratiõe gestoruz. Bñdict⁹ sit filꝰ meus ihs. Intuere g̃ eos diligenter ꝛ cõpatre. q̃ sunt in afflictiõe magna. imo ꝓmaxima hodie ꝓstituti. Quid em̃ ẽ videre q̃ dña celi ꝛ terre. ꝛ ꝑnceps ecclesiaz ꝛ oĩs populoz. ꝛ duces toti⁹ diuini exercit⁹ sic moroſi stãt recluſi in domũcula quadã. nescientes q̃d facere debeãt. nisi q̃ se ꝓfortãt. cõferentes de factꝭ ꝛ verbis dulcissimi dñi sui. Dña tamẽ stabat mente trãquilla ꝛ pacata. q̃ certissimã spem habebat de resurrectione filij sui. Et in ea sola remãsit fides in ipa die sabbati. ꝛ ꝓterea dies sabbati attribuit ei. Nõ tamẽ poterat ipa dña gaudenẽ stare ꝓpter mortẽ filij sui dulcissimi ihu christi. Sero aũt facto post solis occasum cũ licuit opari. maria magdalene ꝛ altera maria iuerunt emere aromata ꝑ faciẽdis vnguentis. Sero etiã p̃cedẽti cũ redierãt a sepultura dñi. ceperũt parare vsq̃z ad solis occasum. postea siluerũt. Nã sabbatũ obseruare oportebat a solis occasu diei venerꝭ. vsq̃z ad aliuz occasum. Nũc ergo vadunt emere aromata. Intuere tu illas diligenẽ incedẽtes mestis vultibꝫ more viduarũ. ꝛ se applicantes ad aliquã apothecã alicui⁹ forte deuoti dñi eis cõpatientꝭ. ꝛ libenẽ satisfacientis volũtati earũ. Ipe vero postulant aromata ꝛ eligunt quãtũ possunt meliora. ꝛ p̃cio soluto redeũt. parãtes se ad faciẽda vnguenta domio suo. Conspice ergo diligenter quomõ humiliẽ ꝛ deuote ꝛ fidelit̃ laborant ꝑ dño suo cũ lachrymis magnis ꝛ suspirijs intimis. Dña vero ꝛ apli aspiciũt et forte adiuuãt. Quibꝫ factis. nocte siluerũt. Et hec quidez est meditatio die sabbati de dña. sociabꝫ ꝛ discipulis.

Sabbato die.

Meditatio de domino iesu die sabbati descendenti ad infernũ.

Capitulũ. lxxxvi.

V Enit etiã hoc in considerationẽ nunc. q̃d sc̃z fecerit dñs ipa die sabbati. Statim cũ mortuus fuerat descẽdit ad inferos ad sc̃os patres. ꝛ stabat cũ eis. ꝛ tũc fuerũt

in gl'ia.nã visio dñi.gl'ia est pfecta. Considera hic ꝯ z attende q̃nta fuerit ei⁹ benignitas in infernũ descẽdere.q̃nta caritas.q̃z ta ꝯ humilitas. Poterat em̃ vnũ angelum ad eos mittere z oĩes suos suos liberare z sibi pũtari vbi voluit. Sed ℔ nõ sustinuisset amor su⁹ infinit⁹.z bũilitas sua. Per semetipm ꝯ descendit.z nõ vt suos. sed z vt amicos visitaret dñs oĩm.z stetit cũ eis ibidez vsq; ad diẽ dñicã,ppe auroꝛã. Cogita bñ de his z admirare z imitari coner⁹. Jubilauerũt aũt scti pres in suo aduẽtu.et repleti sũt iocunditate imensa.oĩa displicẽtia,pcul expulsa.z stabãt in laudibꝫ z cantic⁹ coꝛam eo. Quas laudes potes ℔ mõ meditari. Jmaginãdo eos ac si essent cũ coꝛpibꝫ suis.sicut post resurrectõnẽ erũt. Sil'r z aiam illã benignissimã dñi nr̃i ihesu xp̃i. Cũ ꝯ p̃senserũt ei⁹ saluberrimũ aduẽtũ. occurrerũt ei gaudent⁹ seipos exhortãtes atq; dicẽtes. Benedict⁹ dñs de⁹ isrl'.q̃ visitauit z̃.

Canticũ sctoꝛ de lymbo Ca.lxxxvij

Leuate capita vr̃a.q̃ ecce venit redẽptio vr̃a. Consurge.ꝛsurge hierl'm solue vincula colli tui.ecce saluatoꝛ venit soluere nos a vinculi'. Tollite portas p̃ncipes vr̃as.z eleuamini porte eternales et introibit rex gl'ie. Adoram⁹ te xp̃e z bñdicimus tibi amãtissime de⁹ nr̃. Et ꝓcidentes adoraverũt eum cũ gaudio z leticia magn... Ipos aũt ꝛsidera q̃ cũ reuerẽtia z ingenti exultatione z vultibꝫ iocũdis stant et dicunt p̃dicta coꝛã eo.z in hmõi laudibꝫ canticis z iubilatiõibꝫ steterũt in lymbo.vsq; ppe auroꝛã diei dñici. in ꝛspectu etiã multitudinis angl'oꝛ ibidẽ exultentiũ. z cũ eis iubilantiũ. Tunc accepit eos dñs educẽs ab inferis in exultatõe.z añ eos gl'iose,pcedẽs posuit in paradyso deliciaꝛ. Aliq̃ vero mirula facta cũ eis iocunde.z cũ helyaz enoch eũ recognoscentibꝫ.dixit eis. Temp⁹ est vt exeãt coꝛp⁹ meũ.vadã et reassumaz illud.q̃ oĩes pcidẽtes dixerũt. Jte dñe rex glorie z cito redite si placet.q̃ gl'iosissimũ coꝛpus vr̃m videre plimũ affectam⁹. Habes ergo q̃ circa dñm ih̃m z mr̃em ei⁹. z discipl'os z sctos pres meditari possis in die sabbati añ resurrectionẽ. Uex q̃ totã passionẽ dñi ih̃u tibi sine auctoritatũ interpositõe transcurri.ne anim⁹ ad aliud q̃z ad ipam passionẽ se conuerteret.cogitaui vl' nunc auctoritates aliq̃s tibi referre vt eaꝛ lectio mentẽ excitet ad ipam feruenti⁹ z deuoti⁹ meditandã. Accipe ꝯ Berñ. moꝛe solito in q̃busdam sentẽtijs sic dicentez. Jesu christo debes totã vitã tuã.q̃ ipe vitã suã posuit pro vita tua. z cruciat⁹ amaros sustinuit. ne tu ꝑpetuo sustineres. Si em̃ cõferrent⁹ in me omẽs dies filioꝛ adam.z omẽs dies seculi. z laboꝛes oĩm hoim q̃ fuerũt z q̃ sunt.z qui erunt. nihil esset ad cõparationẽ illi⁹ coꝛporis.q̃ spectabiles stupendũ est ꝛstrutibꝫ etiã supnis.in cõceptu de spũ scto.in oꝛtu de v̄gine.in vite innocẽtia. in doctrine affluẽtia. in chorꝛuscatione miraculoꝛ.in reuelationibus sacramẽtoꝛ. Sicut igit⁹ exaltat⁹ est celi a terra.ita exaltata est vita sua a vita nr̃a.que tñ posita est. Et sic̃ nihil ad aliq̃d nulla habet cõparationẽ.ita vita nr̃a nulla habz ad vitã illi⁹ ꝓportionẽ.cũ illa dignioꝛ.ista miseꝛioꝛ esse nõ possit. Cũ ꝯ deuouero quicq̃d sum quicq̃d possuz.nõ est sicuti stella ad solez.gutta ad flumẽ.lapis ad montẽ. granũ ad aceruũ. Idem.xj. Canticoꝛ. Hõ simplex aut modica xp̃i exinanitio fuit. sed semetipm exinaniuit vsq; ad carnẽ.ad mortẽ.ad crucem. Quis digne penset q̃nte fuerit humilitatis.mãsuetudinis.dignatiõ⁹ deũ maiestatis carne indui.mulctari morte.turpari cruce. Sed dicit aliq̃s. Nũ valuit opus suum reparare creatoꝛ absq; ista difficultate. Valuit.z maluit cũ iniuria sui. ne pessimũ atz odiosissimũ viciũ ingratitudis.occasionẽ vltra repiret in homie. Sane multũ fatigatiõis assumpsit.q̃ multe dilectiõis hominẽ debitoꝛẽ teneret.ꝛmoneretq; ad gratiarũactiões difficultas redẽptiõis.quẽ minus deuotũ esse fecerat cõditiõis facilitas. Quid em̃ dicebat hõ creatus et ingratus. Gratis quidẽ ꝛdit⁹ sum.sed nullo cõditoꝛz grauamie vel laboꝛe. Siquidẽ dixit z fact⁹ sum quẽadmodũ z vniuersa. Sed obstructũ est os loquẽtiũ iniqua. Luce clari⁹ patz q̃ntũ modo o hõ,p te dispendiũ fecit.de domino suus.de diuite paup.caro de verbo.z de dei filio hois fieri fili⁹ nõ desperit. Demẽto tã te.z si de nihilo factũ.nõ tñ de nihilo redẽptũ. Sex diebꝫ ꝛdidit oĩa.z te interoĩa. At ℣o p totos triginta ãnos. opat⁹ est salutẽ nr̃am in medio tre. O q̃ntuz laboꝛauit sustinens carnis necessitates.hostis tẽptatiões. Hõne sibi crucẽ aggrauauit ignominiã.mortis sibi accumulauit horꝛoꝛem.

Jtẽ.xx. Cantic̃. Sup oĩa reddit te ama/

bilez mihi iesu bone calix quē bibisti. opus nr̄e redēptiōis. Hoc oīno amore nr̄m facile vendicat totū sibi. Hoc inq̄z est qđ nr̄am deuotionē z blandi⁹ allicit. z iusti⁹ exigit. et artius stringit. z afficit vehemēti⁹. Multū q̄ppe laborauit in eo saluator nec in oi mūdi fabrica tantū fatigatōis auctor assūpsit. Illa deniq̄z dixit z facta sūt. mādauit z creata sunt. At vero hic. Et in dictis suis sustinuit ꝓtradictores. z in factz obꝑuatores. et in tormētis illusores. z in morte exprobratores. Idē. xxij. Cantic. Ad cumulū pietatis tradidit xp̄s in mortē aīam suā. z de ꝓprio latere ꝓtulit p̄ciū satisfactiōis q̄ placaret patrē. Per qđ plane ad se versiculū illū traxit. Apud dn̄m misericordia z copiosa apud eū redemptio. Prorsus copiosa. qz nō gutta sed vnda sanguis largit̄ p quinq̄z partes corpis emanauit. Quid tibi debuit facere. z nō fecit. Illuminauit cecū. soluit vinctū. reduxit erroneū. reconciliauit reū. Quis nō p⁹ illū libenter alacriterq̄z currat. qz ab errore liberat z errata dissimulat. z q̄ deinde viuendo merita tradit. p̄mia mortēdo conquirit. Quā excusationē habz q̄ in odore hoz̄ vnguentoz̄ nō currit. nisi ad quez forte mīme odor ꝑuenit. Et eteī in oēm t̄ram exiuit odor vite. qm̄ misericordia dn̄i plena est t̄ra. et miserationes ei⁹ sup̄ oia opa ei⁹. Ergo q̄ vitalem hāc sparsaz vbiq̄z fragrantiā nō sentit. z ob hoc nō currit. aut mortu⁹ est. aut putridus. Idē. xxv. Cantic. Nō erubescit spōsa nigredinē quā nouit p̄cessisse inspōso. cui similari q̄nte etiā gl'ie ē. Nil g̃ pinde gl'iosi⁹ est q̄z christi portare obprobriū. Un̄ vox illa prorsus exultatōnis z salutis. mihi absit gl'iari nisi in cruce dn̄i nr̄i iesu christi. Grata ignominia crucz ei q̄ cū tot ingrat⁹ nō est. Nigredo est. sed forma z sūlitudo dn̄i. Vade ad scr̄m Isaiā. z describet tibi q̄lem illū in spū viderit. Quē nāq̄z aliū dixit virū doloris z scientē infirmitatē. z qz nō erat ei species neq̄z decor? Et addidit. Nos putauimus eū q̄ leprosuz z pcussum a deo z humiliatū. Ip̄e aūt vulnerat⁹ est ꝓpter iniq̄tates nr̄as. Attritus est ꝓpter scelera nr̄a. z liuore eius sanati sum⁹. Deniq̄z seip̄m fecit pctm̄. z nigrū dicere verear? Intuere sane pānis sordidū. plagis liuidū. illitū sputz. pallidu⁹ morte. Idē. xxiij. Cantico. Quid ei magis deforme z nigz oculis spectātiū occurrebat q̄z cū expāsis in cruce manib⁹ medi⁹ duoz̄ nequā. risum malignātib⁹ daret. fletū fidelib⁹? z solus erat risui q̄ soluf poterat eē terrori. solus bonori esse debuerat. Idē lxj. Cant. Petra refugiū herinaciis. et vbi tuta firmaq̄z infirmis req̄es nisi in vulneribus saluatoris? Tanto illuc securior habito. q̄nto ille potētior est ad saluādum. Fremit mūdus. p̄mit corp⁹. diabolus insidiat. Nō cado. fundat⁹ eī⁹ suz sup̄ firmā petrā. Peccauī pctm̄ grāde. turbabit̄ ꝑscia. sz nō ꝓturbabit̄. qm̄ vulnez dn̄i recordabor. Nempe vulnerat⁹ est ꝓpter iniq̄tates nr̄as. Quid tā ad mortē qđ nō xp̄i morte saluat. Et infra. Clamat clauus. clamat vuln⁹. q̄rere deus sit in christo mūdū reconciliās sibi. ferrū p̄trāsūt aīam ei⁹. z approp̄inquit cordi. vt nō iā nesciat cōpati infirmitatib⁹ nr̄is Patz archanū cordis p foramīa corpis. Patz illud magnū sacr̄m. Patēt viscera misericordie di nr̄i in q̄b⁹ visitauit nos oriēs ex alto. Quid ni viscera p vulnera pateāt? In q̄ eī⁹ dari⁹ q̄z in vulneribus tuis eluxisset. q̄ tu dñe suauis z mitis es z multe misericordie? Maiorē ei miserationē nemo hz. q̄z vt aīam suā ponat q̄s p addictis morti z dānatis. Idem q̄z vt credit in quodā sermone de cruce. Meditare inquit positionez crucifixi corpis. z vide si aliq̄d est in eo qđ nō ꝓpet ad p̄em. pro te. Diuinū illud caput multiplici spinaz densitate densatū. vsq̄z ad cerebri teneritudinez cōfixū est. dū cōfigit spina. Spinis pctōrū suoz̄ ait dn̄s ꝓphetā. circūdedit me populus ille Ad qđ t̄n ne doleret caput tuū. ne tua vulneraretur intentio. Caligauerūt in morte oculi sui. z illa lumiaria q̄ illumināt orbem. ad horā extincta sunt. Nōne illis obtenebrāti⁹ tenebre facte sunt sup̄ oēm t̄rā. z illa duo magna lumiaria cū alijs lumiarib⁹ submota sunt? Hoc aūt totū factū est. vt auerterentur oculi tui ne videāt vanitatē. z si viderēt nō adhererēt. Aures ille q̄ in celis audiūt. sanct⁹. sctūs. sctūs. dn̄s de⁹ sabaoth. audierūt in t̄ris. demoniū habes. z crucifige crucifige eū. Ut qđ illō. ne aures tue obsurdescerent ad clamorē pauperis. ne reciperēt auditum vanū. ne detractionis virus apertis ꝓpicijsq̄z suscipent. Speciosa illa facies. speciosi forma pre filijs hominū. spuris illita. afflicta colaphis. addicta delusionibus est. Sic nanq̄z scriptū est. Ceperunt cōspuere in eū z pcutere faciem eius. z illudere ei dicentes. Prophetiza quis est qui te pcussit? quare hoc? vt facies tua illuminaret? illuminata ꝓfirmaret? z diceret de te. Vultus ei⁹

Auribus

nō sunt ampli⁹ in diuersa mutati. Os illud
qd docet angelos. ⁊ homines instruxit/qd
dixit ⁊ factū est. felle potatū est ⁊ aceto. Sz
hoc factū est. vt veritatē ⁊ iudiciū loqueret
os tuū. ⁊ ꝯfiteret dñm deū suum. Man⁹ il/
le que fundauerūt celos extense sunt ī cru/
ce. clauisq; ꝑforate durissimis. vt man⁹ tue
extenderent ad inopē. ⁊ dicere posses. Aīa
mea in manib⁹ meis semp. Qd tenemus ī
manib⁹ nō facile obliuiscimur. Sic et q̄
aīam suā bone opationi imp̄mit. non tra/
dit eam obliuiōi. Pectus illud in quo sunt
omēs thesauri sapiētie ⁊ scientie dei abscon/
diti. lancea militari ꝑfossum est. vt pect⁹ tu
um a prauis cogitationib⁹ mundaret. mun
datū sanctificaret. cōseruaret sanctificatū.
Pedes illi quorū scabellum adorare debe/
mus. quia sanctū est. dura transfixione con
fossi sunt vel cōfixi. ne pedes tui festinarēt
ad malū. sed currerent ad viā mandatoruz
domini. Quid plura. Foderūt manus eius
⁊ pedes eius. dinumerauerunt omnia
ossa eius. Pro te carnē ⁊ animā suā posuit.
vt corpus ⁊ spiritū tuū sibi vendicaret. to/
to se totū recuperauit. In stimlo amoris
sup mirandis beneficijs humane redēptio
nis. Expergiscere nunc aīa mea. excutere
de puluere. ⁊ cōtemplare virū hunc memo/
rabilem quē in speculo euāgelici sermonis
quasi p̄sentez intuearis. Attende aīa mea
Quis est iste qui ingredit habens imaginē qi
regis. ⁊ nihilomin⁹ serui despectissimi con/
fusione replet⁹. Coronat⁹ incedit. sed ipsa
eius corona etiā cruciat⁹ est illi. ⁊ mille pun
cturis speciosum ei⁹ caput diuulnerat. Re
gali purpura induitur. sed poti⁹ in ea despi
citur q̄ honorat. sceptrum in manu gestat.
sed eo ipo reuerendū eius caput ferit. Ado
rant coram ipo positis in terrā genibus et
regem clamant. ⁊ cōtinuo ad conspuenduz
amabiles eius genas subsiliunt. Maxillas
palmis concutiunt. ⁊ honorabile collū ex
honorant. Uide anima mea. quomō vir
iste per omīa coartat ⁊ spernitur. Sub cru
cis onere dorsum incuruare iubet. et suam
portare ignominiā ad locum deduct⁹ sup/
plicij. myrrha potat ⁊ felle. In cruce sub/
leuatur. ⁊ dicit. Pater dimitte illis. quia ne
sciunt quid faciunt. Qualis est hic q̄ in om
nibus p̄ssuris suis nec semel os suum ape/
ruit vt aliquid querele aut excusatiōis. aut
cōminationis. aut maledictiōis aduersus
maledictos canes illos ꝓferret. Sed no/

effudit
uissime verbū benedictionis sup īimicos su
os. quale a seculo nō est auditū. Quid hoc
viro mansuetius. quid benigni⁹ aīma mea
vidisti. Adhuc autē attentius intuere q̄
grandi admiratiōe ⁊ tenerrima cōpassione
dign⁹ appareat. Uide nudū ⁊ vulneribꝫ la
ceratuz. in medio latronū. cruci ignominio
se ferreis clauis affixum. aceto in cruce po/
tatum. ⁊ post mortē lancea in latere vulne/
ratū. ⁊ copiosos sanguīs riuos ex q̄nq; vul
neribꝫ manuū pedū ⁊ laterꝫ effundentem.
Fletū deducite oculi mei. ⁊ liq̄sce aīa mea.
sup ꝯtritiōe amabil' viri h⁹ quē in tāta ama
ritudīe tot vides affectuz doloribꝫ. Respice
dñe scē pr̄ de sctūario ⁊ de excelso celoꝝ ha
bitacl'o. ⁊ intuere hāc sacroscām hostiā q̄m
tibi offert magn⁹ pontifex nr̄ sctūs puer tu
us dñs ih̄s. ꝑ pctīs fratꝝ suoꝝ. ⁊ esto placa
bilis sup multitudīe malicie nr̄e. Ecce vox
sanguīs frīs nr̄i ih̄u clamat ad te de cruce.
Ecce gl'a ⁊ honore coronatus. in dexte
ra maiestatꝫ tue astat vultui tuo ꝑ nob. ca/
ro ei ⁊ frat' nr̄ est. Respice dñe in faciē xp̄i scē pr̄
tui. q̄ tibi obediēs vsq; ad mortē fact⁹ ē. nec
recedāt ab ocul' tuis cicatrices ei⁹ ī ꝑpetuū
vt memierꝫ q̄tā ab eo ꝑ pctīs nr̄is satisfacti
onē recepis. Utinā dñe appēdant in statera
pctā. q̄bꝫ irā meruim⁹. ⁊ calāitas quā ꝑ nob
pass⁹ ē īnocēs fili⁹ tu⁹. Certe h̄ ḡuior appa
rebit et magꝫ digna vt ꝓpt' ip̄az effūdas su
per nos miam q̄ sūt illa. ut ꝑ ip̄is nr̄is
ꝯtīeas ī ira mīas tuas. Gr̄as tibi pr̄ referat
oīs līgua sup habūdātia bōitatꝫ tue q̄ vni/
co filio cordis tui ñ pepcisti. sz ꝑ nob illū tra
didisti ī mortē. vt ip̄m tāq̄ fidelē aduocatū
hr̄em⁹ ī cel' corā te. Et tibi dñe ih̄u fortissīe
zelotes q̄d gr̄aꝝ q̄d r̄tributiōis digne retribuā
ego homo puluis ⁊ cinis ⁊ vile figm̄tū. q̄d
ei ꝑ mea salute facere debuisti ⁊ non fecisti.
Ab imo pedis vsq; ad sūmū v̄ticis totū in
aq̄s passionū te demersisti. vt me totū de il
lis extraheres. Et ītrauerūt aq̄ vsq; ad aīaz
tuam. Nā ⁊ aīaz tuā ī mortē ꝑdidisti. vt meā
ꝑditā mihi redderes. Ecce me duplici de/
bito obligasti. Nā ⁊ ꝑ eo qd dedisti debitor
tibi sum. ⁊ ꝑ mea q̄dē aīa bis a te mihi da
ta. semel ī creatōe. ⁊ semel in redemptione.
Quid magis iuste tibi reddā q̄ ip̄am. ñ ha
beo. Pro tua aūt p̄ciosa aīa ita ꝯtribulata lū cā
q̄d ab hoīe digne rependi possit nō īuenio.
Nā ⁊ si celū ⁊ terrā ⁊ omnē ornatū eoruz ꝑ
ea possem rependere. certe vsq; ad mensurā
debiti nullaten⁹ attingere possem. Ut autē

idipm qđ z habeo z possibile mihi est retri/
buã tibi.tui dñe muneris est. Diligẽdus es
mihi toto corde.tota mente.tota aĩa.tota
fortute.z tua mihi sequẽda vestigia.q̃ pro me
mori dignat⁹ es. Et quõ fiet illud in me ni/
si p te. Adhereat aĩa mea post te.qz tota vir/
tus eius pendet ex te. Hucusq; Bern⁹ z ẽcelm⁹
Habes igit beatũ Bern⁹. more suo melliflu
eructuantẽ de dñi ihu passione melliflua z
pulcherrima. Videas ne in vacuũ ea reci/
pias. Sed toto corde.totoq; affectu ipius
auctoritatib⁹ incitata in dñica passiõe verse/
ris.qz ipi⁹ passionis meditatio sup oĩa ali/
as q̃ de vita ipius occurrere pũt nosci emi/
nere. De cetero ad resurrectionẽ ipi⁹ dñi ie/
su accedamus.

Dominica die.

De resurrectione dñi.z quomõ ꝑmo ap
paruit matri dñica die.

Capitulũ.lxxxviij.

Veniens dom⁹
iesus cũ bonorabili multitudie
angelor̃ ad monumẽtũ die do/
minico sũmo mane.z reaccipiẽs corp⁹ illud
sanctissimũ.z ipo monumẽto clauso.pcessit
ꝓpria virtute resurgendo. Eadẽ aũt hora.s.
summo mane maria magdalene z iacobi z
salome.licẽtia petita ꝑus a dña.ceperũt ire
cũ vnguentis ad monumentũ. Dña autez
domi remãsit.z orabat dicẽs. Pater clemẽ/
tissime.pr̃ pijssime.sic scitis.mortuus est fi/
lius me⁹.inter duos latrones cruci fuit affi/
xus.z ego eũ sepeliui manib⁹ meis. Hz po/
tẽs estis dñe eũ mihi restituere incolumem
Rogo maiestatẽ vestrã.vt eũ mihi reddat⁹.
Quare tardat tantũ ad me venire. remitti/
te obsecro eũ mihi.quia nõ quiescit anima
mea.nisi videã ipm. O fili mi dulcissime q̃d
est de te.q̃d agis.q̃d morã ꝓtrahis.rogo te
ne ampli⁹ differas venire ad me. Tu em di/
xisti tercia die resurgã. Nõne fili mi.est ho/
die tercia dies. nõ heri.sed ꝑus heri.i.nudi
ustercius fuit dies illa magna z amara val/
de.dies calamitat⁹ z mortis. tenebraꝝ z ca/
liginis.sepatõis z mortis tue.g̃ fili mi ẽ bo/
die tercia dies. Exurge g̃ gl'a mea z oĩe bo/
nũ meũ z redi.sup oĩa desidero te videre.
cõsolet me tuus redit⁹ quã sic ꝓtristauit dis/
cessus. Reuertere g̃ dilecte mi Veni dñe ie/
su.veni spes mea vnica. veni ad me fili mi.

Ea ergo sic orãte z lachrymas dulater
emittente. Ecce subito dñs iesus venit i ve/
stib⁹ albissimis.vultu sereno.speciosus.glo/
riosus z gaudẽs.z dixit ei q̃i ex latere. Sal/
ue sctã parens. At illa statim reuertens. Es
tu inquit fili⁹ meus iesus. Et genuflexit ad/
orans. Cui filius. Mater mea dulcissima.
ego sum. Resurrexi z adhuc tecũ sum. Eis
autẽ surgentib⁹ ipa cũ lachrymis ꝑ gaudio
amplexans eũ.z vultũ vultui applicans for/
titer stringebat reflescens totalit sup eum.
z eã alacriter sustẽtsbat. Postosedentibus
eis pariter.diligent z curiose intuebat eun/
dẽ in vultu z cicatricib⁹ manuu; z p totum.
Querens si oĩis dolor ab eo discesserat.
Et ille. Reucrẽda mr̃.omis a me dolor ab/
scessit.z mortẽ z dolorẽ z omnes angustias
superaui.nec de cetero inde aliq̃d sentiam.
Et illa. Benedict⁹ sit pr̃ tuus q̃ te mihi red/
didit. Exaltatũ z laudatũ sit nomen eius z
magnificatũ in secula. Stant g̃ z colloquũ
tur adinuicẽ gaudẽtes. z pascha ducentes
delectabilit z amãter. Et narrat ei dñs ihs
q̃liter ꝓpr̃m suũ liberauit de inferno.z oĩia
q̃ fecit in isto triduo. Ecce nunc g̃ magnum
pascha.

Quomõ maria z alie due marie venerũt
ad monumentũ.

Capitulũ.lxxxix.

Magdalena ꝙ z alie due marie ibãt
vt dixi ad monumentũ cũ vnguen/
tis. Dũ g̃ fuerũt extra portã ciuita/
tis revocabãt ad memoriã afflictões z pe/
nas mgr̃i sui.et in oĩib⁹ locis in q̃b⁹ aliq̃d
notabilit ꝓtra ipm vl'p ipm factũ fuerat ali
q̃ntulũ subsistebãt genuflectẽtes z osculan
tes terrã.gemit⁹ z suspiria dãtes z dicẽtes
Hic obuiauim⁹ ei cũ cruce sup collo q̃ mr̃
eius semimortua ẽ. Et hic se ꝙtit ad mulie
res. Hic crucez deposuit fatigat⁹. Et super
isto lapide se appodiauit parũper. Hic fuit vbi
sic crudelit z fortit impulerũt eũ vt veloci⁹
ambularet.z q̃i eũ currere coegerunt. Hic
spoliauerũt eũ z totũ nudũ fecerũt. Et b̃ eũ
cruc⁹ patibulo affixerũt. Et tũc cũ magno
clamore z inũdatõe lachrymar̃ ꝑcidentes
in facies suas adorauerũt crucẽ. z osculate
sũt eã.ꝑciosa adhuc dñi sanguie rubricatã.
Deinde surgẽtes z eũtes ihs̃us sepulchr̃.di
cebãt. Quis reuoluet nob⁹ lapidez ab ostio
monumẽti. Et aspiciẽtes vider̃t revolutũ la
pidẽ z ãgelũ dñi sedẽtẽ sup eũ q̃ dic⁹ eis. No/
lite timere vẽ. vt ĩ euãgr̃. ꝓtinet. Ille autez

fraudate spe sua. qz putabãt corpus dñi inuenire. nõ attendẽtes ad verba angeli conterrite redeũt ad discipulos dicẽtes corpꝰ dñi esse sublatũ.

Quõ dñs apparuit marie magdalene.
Capitulũ. xc.

Tunc ergo petrꝰ z iohes cucurrerũt ad monumentũ. Cõspice bene eos. currũt ipi. currunt magdalena z socie post eos. omẽs currũt ad querendũ dominũ suũ coz suũ z aiam suã. Currũt multum fidelit. multũqz feruenter. multuzqz anxie. Cũ autẽ puenerunt ad monumentũ respicientes in ipõ nõ inuenerũt corpꝰ. sed viderunt lintheamina z sudariũ z recesserũt. Cõpatere ipis qz in afflictõne magna sunt. Querunt dñm suũ z nõ inueniũt. z nesciũt vbi eũ amplius q̃rere debeant. g̃ dolentes z flentes discesserũt.

Q dñs apparuit tribus marijs.
Capitulũ. xcj.

Maria autẽ remanserũt ibidẽ. z respicientes in monumentũ viderũt duos angelos stãtes in albis q̃ dicunt eis. Qd̃ queritꝭ. viuentez cũ mortuis? Ille autẽ nec tunc attenderũt ad verba eoz. nec aliquã consolationẽ acceperũt de visiõe angelorũ. qz nõ querebãt angelos sz dñm angelorũ. Iterũ ille due marie cõterrite z q̃si absorte elongauerũt se inde aliquantulũ. z sedebãt dolẽtes. Joh. xx. Magdalena vero nesciens qd aliud facere deberet. qz sine mgro suo viuere nõ poterat. z ibi eũ nõ inueniebat. z vbi eũ quereret ignorabat. stabat ad monumentũ foris plorãs. Iterũ ergo respiciẽs in monumentũ. qz semp sperabat ibi eũ reuidere vbi eũ sepelierat. Vidit ipos angelos sedentes q̃ dicunt ei. Muli/er qd ploras. quẽ queriꝭ? Et illa. Tulerunt dñm meũ z nescio vbi posuerũt euz. Vide mirabilẽ opationẽ amoris. Paulo ante audierat ab vno angelo qz resurrexerat. z postea a duobꝰ. qz viuebat. z nõ recordabat. sz dicit nescio. Amoz hoc faciebat. qz vt dicit hic Origenes. Aia sua nõ erat vbi ipa erat sed ibi erat vbi mgr̃ suus erat. Nesciebat cogitare. loqui. nec audire nisi de ipo. Cũ aũt ista sic plorares nec de angelis aliqd curaret. amore suo mgr̃ suus nõ poterat amplius se tenere. Dñs g̃ iesus refert hoc mri et dicit qvult ire ad psolandã eam. q̃ hoc multũ acceptat. z dicit. Fili mi benedicte. Vade in pace z psoleris eã. quia multũ te dilexit. z de tua morte multũ doluit. z memẽto redire ad me. z amplexans dimisit eũ.

Iterum de eodem.
Capitulũ. xcij.

Venit ergo ad monumentuz in orto vbi erat magdalena. z dicit ei. Mulier quẽ queris. quid plorasꝭ Et illa cum nõ cognoscẽs adhuc vt ebria rñdit dicens. Dñe si tu sustulisti eũ. dicito mihi vbi posuisti eũ. z ego eũ tollam. Conspice bene eam. quomõ lachrymabili vultu supplicit z deuote eũ exorat vt doceat eam illũ quẽ q̃rit. semp ei sperabat audire aliqua noua de suo dilecto. Tunc dominꝰ ad eã dixit. Maria. Ipa vero q̃i reuiuiscens et cognoscens eũ ad vocẽ. cũ indicibili gaudio dixit. Rabi id est. mgr̃. Dñe vos estis quẽ querebã. q̃re tãdiu vos mihi celastis. z currẽs ad pedes osculari volebat. Dominꝰ vero volens animũ suũ eleuare ad celestia. vt nõ q̃reret euz amodo in terra. dixit. Noli me tangere. Nõ dum enim ascendi ad patrẽ meuz. sed dic fratribꝰ meis. Ascendo ad patrẽ meũ z patrez vestrũ zc. z addidit. Nõne pdixi tibi qz tercia die resurgerez. quomõ igit me in sepulchro querebas. Et illa. Dico vobis magister qz tantꝰ dolor de acerbitate passionis z mortis vre coz meũ repleuerat. qz oim obli/ta de nibilo recordabar nisi de corpe vestro mortuo. z de loco vbi sepeliuerã ipm. z iõo vnguentũ hoc mane detuleraz. Benedicta sit magnificẽtia vra q̃ resurgere z ad nos redire dignata est. Stant g̃ simul dilecti cuz iocũditate z gaudio magno. Ipa vo curiose aspicit euz. z int̃rogat de singul. z rñsum alacritatis recipit. Nunc g̃ z hic est magnũ pascha. licet aũt sic a pncipio dñs ei responderet. vix credere possuz q̃n eũ familiariter tãgeret anteqz inde discederet. osculãdo pedes z manꝰ. sed dispensatiue sic fecit a pncipio. vl qz talẽ se oñdebat q̃lis erat in corde suo. fm cõem expositionẽ. vel qz vt dixi volebat animũ suum erigere ad celestia fm qz Berñ. innuere videt. Pie nãqz credi pt. qz quã sic amant z singlarit añ oẽs q̃ scpti reperiunt visitabat. ad letificãdã eã non turbandã faciebat. Hysterialit g̃ nõ ptinacit dixit illud verbũ. qz nõ ptinax neqz durus benignissimus dñs est z maxime diligentibus se. Post aliqualẽ vero mozulã discessit dominꝰ dicens. qz alios oporteret eum vi-

sitare. Tūc magdalena q̄i alterata, sicut no/
lens ab eo vnq̄ discedere dicit. Dñe vt vi/
deo vestra cōuersatio nō erit amodo nobi/
scum sic cōsueuerat. Rogo ne obliuiscami/
ni mei. Memētote dñe tot bonorū q̄t mi/
hi contulistis. ⁊ familiaritatis ⁊ dilectionis
quā habuistꝭ ad me. ⁊ recordamini mei do/
mine deꝰ meus. Et dñs ad eam. Noli time/
re. cōfide ⁊ cōstans esto. qꝛ semp ero tecum.
Tunc ip̄a bñdictione ab eo recepta. ⁊ chri/
sto discedente venit ad socias. ⁊ nūciat hoc
eis. Ille vero de resurrectiōe dñi gauden/
tes. sed q̄ nō viderant eū dolentes. recedūt
cum ea.

Iterū de eodem.
Capitulū. xciij.

Cum g̊ iste tres marie in simul pge/
rent anteq̄ venirēt ad ciuitatē. appa/
ruit eis dominꝰ iesus dicēs. Auete.
Ille vero vltra q̄ dici posset exhylarate p/
cidentes tenuerūt pedes eiꝰ. Hic ergo simi/
liter ⁊ querūt ⁊ aspiciūt. ⁊ rñsum iocūditatꝭ
accipiūt. ⁊ faciūt magnū pascha. Dicit autē
eis dñs iesus. dicite fratribꝰ meis vt veniāt
in galyleā. ibi me videbūt sicut predixi eis.
Uides q̄ mgr̄ humilitatꝭ vocat discipl'os
suos frēs. Nunq̄d hanc virtutem dimisit.
Tu autē si in p̄dictis vis intelligentiā ⁊ cō/
solationē habere. recordare de his q̄ superi/
us tibi dixi. vt scꝫ in om̄ibꝰ locis ⁊ factis ita
sis anio ac si pñs esses corpe. Et idez de in/
fra dicendis.

Dominꝰ apparuit Joseph.
Capitulū. xciiij.

Discedēs ergo dñs iesus ab eis. ap/
paruit ioseph q̄ euꝫ sepelierat. Ca/
ptus em̄ erat ꝓpterea a iudeis et re/
clusus in quodā cubiculo diligent' sigillato
⁊ post sabbatū eū interficere volebāt. Appa/
ruit ergo ei dominꝰ iesus ⁊ faciē eius exter/
sit. ⁊ osculū dedit. ⁊ inde saluis sigillis in p/
priā domū reportauit.

Dominꝰ apparuit Jacobo minori.
Capitulū. xcv.

Apparuit etiā dñs iesus iacobo mi/
nori. q̄ vouerat se nō comesturū nisi
videret dñm resuscitatū. Dixit g̊ ei
⁊ his qui cū eo erant. Ponite mēsam. Dein/
de panē accipiens. bñdixit ⁊ dedit ei dicēs.
Comede dilecte frater mi. qꝛ filiꝰ hoīs sur/
rexit a mortuis. Ista vero refert Hierony/
mus.

Q̄ dñs apparuit Petro.
Capitulū. xcvj.

Cum aūt magdalena ⁊ socie redeun/
tes domū narrarēt discipul' resur/
rexisse dñm. Petrꝰ merens q̄ dñm
suū non viderat. nec q̄escere valens ꝓpter a/
moris vehemētiaꝫ. Discessit ab eis ⁊ solus
ibat versus sepulchrū. Nesciebat enim vbi
eū alibi q̄reret. Dū ergo pgeret dominus ie/
sus apparuit ei dicēs. Pax tibi simon. Tūc
petrus pcutiens pectus suū et pcidens in
terrā cū lachrymis. dixit. Dñe dico meam
culpam. qꝛ te dereliqui. ⁊ pluries negaui. ⁊
osculatꝰ est pedes eius. Dominus aūt ip̄m
erigens. osculatꝰ est eū dicens. Pax tibi. no/
li timere. omnia pctā sunt tibi dimissa. ego
bene sciebā ⁊ p̄dixi tibi. Nunc g̊ vade ⁊ con/
firma frēs tuos. ⁊ cōfide qꝛ mortē ⁊ omnes
inimicos vr̄os ⁊ aduersarios deuici. Hic g̊
sil'r fit magnuꝫ pascha. Stāt ⁊ colloquunt'
adinuicē. ⁊ diligent' petrꝰ aspicit eū ⁊ singu/
la notat. Bñdictiōe v̄o accepta. rediens ad
dñam ⁊ ad discipulos oīa narrauit. Scire
aūt debes q̄ de apparitōe facta dñe nihil cō/
tinet' in euāge. iō aūt ip̄am posui. ⁊ añ alias
p̄misi. qꝛ de ip̄a videt' tenere ecc̄ia. vt ī legen/
da de resurrectōe dñi plenꝰ habet'.

De reditu dñi ad sctōs p̄res post resur/
rectionē. Capl'm. xcvij.

Dominꝰ ergo ih̄s cū discessit a petro
qꝛ nondū visitauerat sctōs patres
post resurrectionē suam quos ī pa/
radyso deliciarum dimiserat. rediit ad eos
procedens in stola candida cum multitu/
dine angelorum. Quem ip̄i in tanta gloria
ꝯspicientes a longe cū indicibili exultatiōe
⁊ iubilo canticꝭ ⁊ laudibꝰ suscipiūt eū dicen/
tes. Ecce rex nr̄. Uenite occurramꝰ saluato/
ri nr̄o. Magnū principiuꝫ ⁊ regni eius nō
erit finis. Dies sanctificatꝰ illuxit nob̄. Ue/
nite om̄es ⁊ adoremꝰ dñm. ⁊ pcidentes in
terrā adorauerunt eū. ⁊ surgētes ⁊ stantes
cū eo reuerent' ⁊ iocunde cōpleuerunt lau/
des suas. dicētes. Uicit leo de tribu iuda.
refloruit dñe caro nr̄a. adimples nos leti/
cia cum vultu tuo. delectatiōes in dextera
tua vsq̄ in finē. Resurrexisti gl'ia nostra. ex/
ultabimꝰ ⁊ letabimur in te. Regnū tuuꝫ re/
gnū omniū seculorū. ⁊ dominatio tua vsq̄
in generatione ⁊ generatōem. Et nos non
discedimus a te. resuscitabis nos ⁊ nomen
tuuꝫ exaltabimꝰ. Precursor pro nobis in/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gressus est pontifex factꝰ in eternū. Hec ē dies quā fecit dñs. exultemꝰ ⁊ letemur i ea. Hodie illuxit nob dies redēptiōis repatio-nis antique felicitatis eterne. Hec est dies quā fecit dñs ⁊c. Hodie p totū mūdū mel-liflui facti sunt celi. qz dñs regnauit a ligno Dñs regnauit decorē indutꝰ est. indutꝰ est dñs fortitudinē ⁊ pcinxit se. Cantate ei can-ticū nouū. qz mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eiꝰ ⁊ brachiū sctm eiꝰ. Nos aūt po-pulus eiꝰ ⁊ oues pascue eiꝰ. venite adorem⁹ eū. Apropinquāte aūt hora vesptina dicit eis dñs ihs. cōpatior fribꝰ meis. qz ppter mor-tem meā ꝓtristati ⁊ ꝓcriti dispergunt sicut oues errātes. ⁊ multū desiderāt me videre. Vadā ergo ⁊ oñdaz me ipis. ꝓfortabo ⁊ cō-solabor eos et cito reuertar ad vos. At illi pcidētes dixerūt. Fiat dñe vt dixistis.

Q dñs apparuit duob discipul' euntib in emaus. Capitulū. xcviij.

Cum ergo duo ex discipul' eius irēt ihsus castellū emaus quasi iam de-sperati de ipo. ⁊ irēt tristes. de his q̄ acciderant ꝓferētes. venit dñs ihs ⁊ iunxit sēpis in specie pegrini. ⁊ ibat cū ipis increpans eos. ⁊ rūdens. ⁊ ꝓferēs ꝓba salubria. vt in euāgelio habes. Tandē coactꝰ ab eis intrauit cū illis ⁊ manifestauit se ipis. Dic aūt diligent' attende ⁊ ꝓsidera bonitatem ⁊ benignitatē dñi tui. Prio qz ñ potuit eiꝰ feruens amor sustinere suos sic errare ⁊ tri-stari. Vere fidus amicꝰ est fidelis comes. Et benignus dñs iungit se ipis. querit tri-sticie causam ⁊ exponit eis scpturas. inflā-mans corda eoꝝ ad omnē rubiginez extir-pandā. Sic q̄tidie nobiscū facit spiritualit' Si em̄ grauati aliq̄ pplexitate vel accidia de ipo loq̄mur. statim adest ꝓfortans ⁊ illu-minans corda nra ⁊ etiā inflāmans i amo-rem sui. Optimū em̄ est cōtra tales pestes loqui de deo. Un̄ dicit pphā. Q̄ dulcia fau-cib meis eloquia tua dñe. sup mel ⁊ fauum ori meo. Et iterū. Ignitū eloquiū tuuz ve-hementē ⁊ ser. tu. dilexit illud. Sil'r etiā co-gitare de deo. Un̄ idē pphā. Concaluit cor meū intra me. ⁊ in meditatōe mea exarde-scet ignis. Sedo ꝓsidera bonitatē eius nō solū ex amore vt dixi. sed etiā ex būilita-te pfunda. Conspice nāq; ipm quō humili-ter vadit cū eis. Vadit nāq; cū suis q̄i vn⁹ ex eis dñs oīm. Hōne tibi videt ad p̄mor-dia humilitatꝭ redisse. Exēplū nobis est si-mile faciendi. Sed ⁊ in alio attēde dñi hu-militatē. qz nō est dedignatꝰ hos discipl'os inferioris gradꝰ. Nō em̄ erant isti de apl'is. sed de alīs minoribꝰ discipul'. ⁊ tm familia-riter iungit se ipis. vadit et loquit'. Non sic elati. Nollent em̄ nisi cū precipuis viris et magnarū opū cōuersari ⁊ ambulare. Itez in alio relucet hic sua būilitas. Nā si cōside-ras elatos. videbis q̄ nolūt ampullosa ver-ba sua spargere inter paucos. sed dñs etiaz cū duob loquit' archana sua. nō vilipendit paucos. imo nec etiā vnū. sicut fecit olim cū samaritana. Tercio ꝓsidera dñi bonita-tez q̄ntū ad pīs negociū quō instruit disci-pulos suos in moribꝰ. reficit ⁊ ꝓsolat'. Con-spicias ergo cum quō fingit se longius ire. vt eoꝝ augeat desideriuz ⁊ inuitet' ⁊ teneat' ab eis. ⁊ quō postea benigne intrat cuz eis. Panē accipit ⁊ benedicēs suis sacratissimis manib frangit ⁊ porrigit. ⁊ seipm eis reue-lat. Et q̄tidie hoc facit nobiscū inuisibilit'. Nā teneri vult ⁊ inuitari p̄ desideria. orati-ones ⁊ sctās meditationes. Et ideo semper orare oportet ⁊ nō deficere vt ipe docuit q̄-liter ista fecit ad nostrā eruditionē. vt. s. at-tendam⁹ ad opa pietatis ⁊ hospitalitatꝭ. Et quō non sufficit diuīa eloquia legere vl' au-dire nisi opere cōpleant'. De hoc in Omel'. Grego. sup hoc euāgelio poterꝭ plenꝰ edo-ceri. Nō aūt dedit istis suis discipulis ma-gnā sui copiā. sed statim porrecto eis pane euanuit ab oculis eoꝝ. Nā etiā alios conso-lari volebat cū quib tamē etiā istos est cō-solatus.

Q dñs apparuit reclusis in die resurre-ctionis.

Capitulum. xcix.

Redierūt aūt pdicti duo discipli' statim in hierl'm. ⁊ inuenientes alios disci-pulos ꝓgregatos. absente Thoma eis ista narrauerūt. Ut parit' audierūt. Qz surrexit dñs ⁊ apparuit simoni. Tunc dñs ihs intrās ad eos ianuis clausis. stetit in medio eoꝝ ⁊ dixit eis. Pax vob. Discipuli vero pcidētes in trā. ⁊ suā culpaz dicētes. q̄ sic eū dereliquerāt. ipm alacrit' susceperūt. Dñs g̃. Surgite inq̄t frēs mei. qz oia pcta sunt vob dimissa. Stat g̃ familiarit' int eos. ⁊ oñdit eis manꝰ ⁊ latꝰ. ⁊ apit eis sensū vt i-telligāt scpturas ⁊ cognoscāt resurrectōez suā Petit ab eis si hēant aliq̄d ad māducādū. ⁊ manducat coram eis partem piscis assi. ⁊

Predicamẽta q̃nq̃ ꝑma ꝑm id q' est cõpletiõis in eis sunt i deo. z reducũt ad duo. scz subam z relatõz. Jõ dicunt duo modi p̃dicãdi in diuis. s. p modũ sube z relatõis. Predicare p modũ sube est p̃dicare de oĩb⁹ psonis sil'r singillatiz z singl'ariter. Predicare ẏo ꝑm relatiõz aut est nõ dici de oĩnib⁹. aut si ꝺ pluriby pluraliter dici. Essentia diuina ꝺr essentia inq̃tũ cõicabil' in abstracto. sz dicit suba inq̃tũ cõicabilis in ꝓcreto. Sũt q̃nq̃ modi dicẽdi sil'r q̃rẽdi in diuis. Quis rõne pson⁹. q̃ rõe hypostasis. q̃rõe notiõis. qꝺ rõe sube. qꝺ sive q̃ rõe essentie. Habitare deũ in nob⁹ est effectũ spũalẽ causare in nob⁹ cũ acceptatõe p charitatẽ q̃ de⁹ nos hz z habeꝛ a nob⁹. Tota trinitas aũt inhabitat i homine. Deũ apparere ẽ in signo sensibili exꝑssi se significari. vt spũssanct⁹ apparuit i linguis igneis z colũba. Deũ descẽdere dic̃ vtrũq̃. scz inhabitare vl' apparere. Deũ mitti ẽ cũ vtroq̃ p̃dicto eternalit' ꝓduci. Deũ sedere in beatis est glificare beatos Appropꝛiare alic̃ pson⁹ diuis est ipa cõia oĩb⁹ psonis ad noticiã ꝓpꝛioz psonaliũ faciẽtia alicui pson⁹ attribuere. vt pr̃i vnitatẽ. eternitatẽ. principiatiõz. oĩpotẽtiã. Filio veritatẽ. spẽm. exẽplatiõem. oĩsciam. Spũisancto bonitatem. vsum. finẽ. volũtatẽ Unũ est ens indiuisum i se Uez est ens intelligibile. Bonũ est ens cõicabile. Deus est oĩpotẽs. nõ q̃ possit act⁹ culpabiles vt mẽtiri. nec act⁹ penales i se recipe vt timere. nec corporales vt dormire. nec incõueniẽtes vt facere aliquez maiorẽ se Est inq̃ deus pfecte ẏe z proprie oĩpotẽs. i. potẽs oĩa q̃ sunt alicui⁹ potẽtie et potẽtie ꝓplete. Potẽtia cõpleta est q̃ non põt deficere nec succũbere nec indigere Potẽtia incõpleta q̃ põt in peccãdo deficere. i patiẽdo succũbere. i corpali actõne indigere.

Potẽtia diuina est q̃ nec est de nihilo nec sub alic̃. nec eget alic̃. nec culpabilia põt nec penalia nec materialia. Sapia dei est illa

Declaratio terminoꝝ theologie

q̄ limpidissime deꝰ cognoscit oīa bona. mala. ꝑterita. ꝑntia. z futura. actualia z possibilia. z p ꝓsequēs est infinita z incōp̄hēsibilis nob. Sapia dei ōr scia inc̄ztū est cogniti na oīm possibiliū. Dr̄ visio respectu oium actualit existētiū Dr̄ approbatio inc̄ztū est respectu bonoꝝ. Dr̄ ꝑscientia inc̄ztū est respectu futuroꝝ. Dr̄ dispositio inc̄ztū est respectu fiēdoꝝ ab ipo ōo Dr̄ p̄destinatio respectu p̄miandoꝝ Dr̄ reprobatio inc̄ntuz est respectu dānādoꝝ. Dr̄ lux inc̄ztū est rō cognoscēdi oīa. Dr̄ speculū inc̄ztū est ratō cognoscēdi visa z approbata Dr̄ exēplar inc̄ntū est rō cognoscēdi ꝑuisa z dispositā Dr̄ liber vite inc̄ztū est rō cognoscēdi p̄destinata. Sapia dei est liber vite respectu rex vt redeūtiū. Exēplar vt exeuntiū. Speculū vt euntiū. Lux respectu oīm. Ad exemplar spectat ydea ſm actū ꝑuidēdi. Uerbū ſm actū ꝓponēdi. Ars ſm actū ꝑsequēdi Rō ſm actū ꝑficiēdi Simplex ōi noticia est q̄ cognoscit deꝰ bona z mala que sunt. fuerunt z erūt z p̄nt esse. q̄ etiā nūc̄ erūt Noticia visionis. est q̄ cognoscit deꝰ oīa mala q̄ sunt fuerūt z erūt. Noticia approbatōis. ē q̄ cognoscit tm̄ bona q̄ sunt fuerūt z erunt.

Uolūtas dei ōr rōe regulata ꝓuidētia q̄ oīa q̄ in vniuerso fiūt irrephensibilit gubernant. Deꝰ est cā efficiēs mūdi. rōe cuiꝰ est i creatura vnitas. modꝰ. z mēsura. Deꝰ est cā exemplaris mūdi. rōe cuiꝰ est in creatura veritas. spēs. z numerꝰ Deꝰ est cā finalis mūdi rōne cuiꝰ est in creatura bonitas. ordo. z pōdus. Liber intꝰ scriptꝰ est dei eterna ars z sapia. Liber foris scriptꝰ est mūdꝰ sensibilis. Obediētia mera est q̄n p̄ceptū ex se solū obligat. nō ex aliq̄ alia causa. Ordo angeloꝝ ſm Grego. est multitudo celestiuz spirituū q̄ inter se in aliq̄ munere gr̄e sil'ant sicut z i naturaliū donoꝝ munere ꝓueniūt.

Hierarchia diuīa est ipa trinitas īcreata Hierarchia angelica est angl'oꝝ multoꝝ habitudo ad inuicē in scia. actiōe. deiformitate. illuminatōe. z in deū aſceſiōe Hierarchia eccl'iastica est rex sacraꝝ z rōnaliū ordinata ptās. debitū in subditꝫ retinēs p̄ncipatum. Angelꝰ est substātia incorpea. intellectualis. sp mobil'. arbitrio libera. ōo ſuiēs. gr̄a nō natura imortalitatē ſuscipiēs. i. annihilationē. qz incorruptibilitatē ꝓprie habet ex natura. Anima est substātia spiritualis corpi vt forma rectrix z viuificatrix accomodata. z ad eternā beatitudinē p̄ncipalit ordinata. Sensualitas est potētia aie q̄ sensificat corpus. z mouet z appetit delectabilia corpi z refugit nocina. Sensus ē illa vis aie q̄ homo cognoscit res corpeas p̄sentes.

Imaginatō ē illa vis aie q̄ intuet res corporales absentes. Rō est illa vis aie qua aīa inter bonū z malū. inter vex z falsum discernit infra se. Intellectꝰ est illa vis aie q̄ aīa apprehēdit res imateriales z itelligibiles

Portio aie supior. est ipa aīa inc̄ztū respicit supioza. Portio aie inferior est ipa aīa inc̄ztū respicit inferiora Sensus cōis est in q̄ oēs sensus ꝑticulares ꝓcurrūt. Fantasia est virtꝰ aie sensitiua q̄ cōponit formas nouas ſm silitudinez formaꝝ a ꝑticularibꝫ sensibꝫ receptaꝝ Estimatiua ē illa vis aie qua dicimꝰ esse sagacitatē in bruteſ. vt in vulpe. Memoria est illa vis q̄ ꝓseruat formas sensibiliū spēꝝ Motiua sensitiua. ē vis q̄ aīa singala mēbra corpis mouet. Intellectus speculatiuꝰ est ille q̄ exercet in speculatione veri. Intellectꝰ practicꝰ est ille q̄ exercet in opatōe boni. Uis aialis est illa q̄ animal corpea obiecta cognoscit z appetit.

Uis vital' est vis motiua aer ſi corpe animalis p arterias Uñ vis naturalis est illa qua corpꝰ aialis nutritur z ꝓseruat species.

Uis generatiua est illa q̄ ꝓseruat species Nutritiua est illa q̄ ꝓseruat indiuiduum.

Oraculū est cū in somnis apparet aliq̄ grauis ꝑsona. vt deꝰ. sacerdos. l' parēs. denūcians aliq̄d euentuꝝ vel nō. faciēdū vel vitandū. Uisio ē cū id q̄s videt qđ euenit sicut apparuit. Somniū est figurꝫ tectū z sine interptatiōe intelligi nō p̄t Insomniū est q̄n id qđ vigilātē fatigauerat se ingerit dormiēti. Phātasma est q̄n vix dormire cepit q̄s z vigilare se existimat. et videt aspicere irruentes sup se. vl' passim vagātes formas. discrepātes z varias. leras z turbulētas Imago dei in natura rōnali est silitudo expssa tm̄ deficiēs in aliq̄ trinitatis increate. ꝑsistēs in memoria. intelligētia. z volūtate. Liberas a coactiōe ē facultas rōis z volūtatꝫ cōsurgēs ex deliberatiōe p̄ambula z voluntate adiūcta. z ōr libeꝝ arbitriū Causa ē p̄ncipiū ꝓductiuū. Rō causal' est regula dirigēs ipm efficiēs in ꝓductiōe. q̄ regl'a ē idea in deo in creatura forma natural' Rōnes causales sūt forme ideales. Rōnes seminales sūt forme naturales. Rō p̄mordialis est

rō causalis. tm cū respectu ad deū vt ꝑmum ꝓncipiū. Vestigiū dei est creatura rūtās deū in rōnibꝫ oī creature cōibꝫ. vt est vnitas veritas. bonitas. Similitudo ē ꝓformitas dei in gratuitꝫ. vt fide. spe. charitate. Imago creatōis ꝓsistit in tribꝫ potētijs aīe z vnitate subē. ita q memoria repūtat pr̄em. intelligētia filiū. z volūtas spm̄scm̄. z vnitas substātie repūtat vnitatē diuīe essentie. Imago recreatiōis ꝓsistit in tribꝫ ꝥutibꝫ theologicis z vnitate gr̄e gratū faciētis. ita q fides repūtat filiū. spes pr̄em. charitas spm̄sctm̄. vnitas gr̄e vnitatē essentie. Imago glorificatiōis ꝓsistit in tribꝫ dotibꝫ z vnitate gl'ie ita q apta visio repūtat filiū. Secura tētio repūtat pr̄em. Perfecta dilectio spūmscūm Unitas gl'ie repūtat vnitatē essentie Malum est ꝓuatio modi. spēi. z ordinis. Hā creatura ꝓpak ad deū in rōne effect⁹ cause efficiētis. formal'. z finalis. z rōne ꝑmi hz rōem modi. rōne scōi hz rōem spēi. rōne tertij habet rōem ordinis. Malū culpe est carentia debite honestatꝫ. Malū pene ē abstinētia debite delectatōis cū sensu sui contrarij

Malū pugne est culpa. dyabolo i instigādo. z est pena iusto in repugnādo. Malū fm se z in se est qđ nullo mō pōt bñ fieri. vt odiū dei. Malū in se siue in genere qđ aliquādo pōt bñ fieri. vt occidere hoīem Malum ex circūstātia est malū qđ in se est bonū tm̄ ꝓpter aliquā circūstātiā annexā fit malus

Tēptare est ꝓbare Peccatū originale est carētia debite iusticie p inobedientiā ade facta. quā comitat carentia visionis diuine

Pctm̄ actuale est carētia debite iusticie facta p inobedientiā ꝓprie volūtatis Pctm̄ veniale ē amor voluptatis in creatura citra deū Pctm̄ mortale est inobediētia māda toꝝ diuinoꝝ. Delictū est trāsgressio p̄ceptoꝝ affirmatiuoꝝ Cōmissum ē trāsgressio p̄ceptoꝝ negatiuoꝝ. Preceptū affirmatiuū est qđ ordinat qđ debeat fieri. Preceptuꝫ negatiuū est qđ ordinat qđ nō debeat fieri. Ignorātia negatiōis est simpliciter aliqđ nō scire. sic̄ brutū nō scit deū. Ignorātia ꝓuatiōis est ignorare aliqđ postq̄ sciri potuit z tenebat scire Ignorātia dispositiōis est nō scire veritatē z cū h̄ tenere oppositā falsitatē. Ignorātia simplex est nescire q̄ tenet hō scire. fac̄ tm̄ aliqđ sz nō sufficiēt

Ignorātia crassa siue supina est nesciētia toꝝ q̄ tenet scire z nō velle aliquē laborē subire vt sciat. Ignorātia affectata ē nolle scire ea ad q̄ tenet. Pctm̄ cordis est trāsgressio legis diuīe p inordinatōem intrinseci motus mētis. Cōsensus ē nut⁹ volūtatꝫ spontaneꝰ. Cōscientia est naturale iudicatoriuꝫ qđ faciendū vl' nō faciendū sit. Perplexitas est inuolutio int' opposita. ita q videt sp vergere in pctm̄ quācūq; ptē eligat Cōtētio est ꝑitatꝫ impugnatio cū ꝓfidētia clamoris. Mendaciū est falsa signatio vocꝫ cū intētione fallēdi. Jurare est deū inuocare in testē sue locutōis. Periurium est mēdaciū iuramēto firmatū Adulatio est fmo laudis alicui exhibit⁹ intētione placēdi Maledicere est alicui plagas vl' penas ꝓbo optatiuo impēcari. Detractio est fame aliene denigratio. Pctm̄ opis est trāsgressio legis diuīe p inordinatiōez extrinseci motus.

Superbia est amor vl' appetit⁹ ꝓprie excellentie. Inanis gl'ia ē amor laudis ꝓprie ꝓpter excellētiā apparētē Inobediētia ē volūtas fingēs minoratōz potestatꝫ. nolēs sb iacere superioribꝫ i debitꝫ. Jactātia ē volūtas ꝓpter apparētiā ꝓriā potestatē ostēdens

Hypocrisis ē volūtas p spēm sanctitatꝫ se simulās fallacit' in apto z vilit' agēs in occulto. Invidia est dolor vl' odiū felicitatꝫ aliene. Odiū est volūtas affectās ꝓximo malū. vt careat bono qđ ipm odiētē ꝓtristat

Susurratio ē volūtas loquēdi semians discordias int' frēs. Ira est mot⁹ z feruor sanguis circa cor ex euaporatiōe fellis ꝓpter appetitū vindicte. Fellea passio est subitus animi mot⁹ ipatiēs lesiōis. Mania ē manēs ira. Tot⁹ est obfuatio oportuni tēpis ad vindictā. Rixa ē audax volūtas vindicādi in iniuriam factiꝑcedēs Cōtumelia est volūtas vindicās p exprobratōz maloꝝ

Blasphemia ē volūtas se vindicās p opprobriū deo vel sanctis illatū. Accidia ē tediū opandi bonū. Pusillanimitas est volūtas imoderate metuens grauedinē in aggressu agēdoꝝ. Desperatio est volūtas ḡuedinē rep̄mēs de adiutorio ad pficiēdū bonū diffidēs siue de remuneratiōe diuīa diffidēs. Torpor est volūtas grauedinis ipatiēs. tepida ad explēdū inchoata Auaricia est amor immoderat⁹ habēdi. Prodigalitas ē superfluitas q̄ dat nō dāda Furtum ē auaricia rapiens vel retinēs rē inuito dño. Rapina ē auaricia violēter occupās rē alienā Usura est auaricia acq̄rēs p mu

tuū aliq̄d p̄ter sortē. Symonia ē auaricia studiose appetēs vēdere vel emere spūaliaꝝ spūali annexū. Proditio est volūtas p̄ decep̄tionē domesticoꝝ acq̄rendis inhians.

Fallacia est volūtas p̄ fba decipiēs p̄ximū causa lucrādi. Fraus est volūtas p̄fectū p̄rimi decipiēs p̄pter terrenū emolumentū. Bula est ꝛmoderat⁹ amor edendi.

Luxuria est ꝛcupiscētia nimia expiende voluptat̄. Pctm̄ ignorātie est omissio debite scie Pctm̄ ex ignorātia. est pctm̄ qđ cōmittit ignorāter. ꝛ si nō fuisset ignorātia nō fuisset cōmissū Pctm̄ ex industria ē auersio volūtatis malignant̄ a sūme clemēte dō

Pctm̄ ex infirmitate est auersio volūtat̄ male humiliate. vl male in amore accense.

Pctm̄ in deū dr impietas. Pctm̄ in p̄ximū dicit iniq̄tas. Pctm̄ in seip̄m dr impuritas. Idolatria est falsa ꝛ supstitiosa p̄restatio maiestatis diuie in ydolo. Apostasia. est temerari⁹ a statu fidei vel obedientie vel religionis recessus. Scisma est illicita dissensio coꝝ iter quos debet esse vnitas

Heresis est recessus a fa fide Diuinatio est supstitiosa inuestigatio p̄sciētie futuroꝝ. Nigromācia est diuinatio facta ī cadaueribꝫ mortuoꝝ Geomācia est diuinatio facta in terra. Idromācia est diuinatio facta in aqua Aeromācia est diuinatō facta in aere. Piromācia est diuinatio facta in igne. Maleficiū est mulier op⁹. vel ligatura alicui⁹ rei in damnū vel cōmoduꝫ alicui⁹ homis Sortilegiū est diuinatō p̄ sortes. Auguriū est diuinatio p̄ garritus vel gest⁹ auiū Prestigiū est p̄ qđ dyabolicꝫ illusionibꝫ oculi hoiꝝ p̄stringunt̄ ne possint cernere verꝝ Hypocrisis est velle videri q̄ lis nō est. Gratia generalit̄ dicit adiutoriū diuinū. creature liberaliter ꝛ gratis impēsum ad quēcūq̄ actū indifferēter. Sīa gratis data ē adiutoriū diuinit⁹ datū vt q̄s p̄pareꝫ se ad suscipiendū spūssancti donum q̄ueniat ad statū meriti. Sīa gratū faciens est adiutoriū diuinit⁹ datū ad merēduꝫ

Fides est habit⁹ q̄ credunt̄ ea q̄ nō videt̄ Spes est ꝛt⁹ q̄ spūalia ꝛ eterna bona cū fiducia expectant̄ p̄pter p̄fidentiā meritoꝝ p̄cedentiū ꝛ gr̄am diuinā. Charitas est ꝛtus q̄ diligit̄ deꝰ p̄pter se. ꝛ p̄rimꝰ p̄pter deuꝫ.

Amor est naturalis affectio cōmunis rationalibꝫ irrationalibꝫ. Dilectio est affectio rōnaliū ꝛ intellectualiū Prudētia est noticia coꝝ que sunt agēda ꝛ coꝝ que sūt vitanda. Memoria ē noticia p̄teritoꝝ vt p̄terita sunt. Intelligētia prudētie est noticia p̄sentiū Prouidētia est noticia futurorum. Circūspectio est cautela ꝛtrariozꝫ vicioꝝ. Cautio ē discretio virtut̄ a vicio spēm virtut̄ p̄ferente. Docilitas ē prudētia erudiēdi impitos. Tēperātia ē domatio libidinū ꝛ oīm maloꝝ motuū. deo bomī nē incoꝛruptū cōseruās. Cōtinētia tpantie est regimē cupiditat̄ p̄silij gubernatōꝝ

Clemētia est ꝛtus p̄ quā anim⁹ in odium alicui⁹ temere ꝛcitat⁹ benignitate remittit.

Modestia est virt⁹ q̄ pudoꝝ honestat̄ cō parat purā ꝛ stabilē auctoritatē. Verecūdia est obꝛuatio honestat̄ in gestu ꝛ verbo.

Fortitudo est magnaꝝ rerꝝ appetitio ꝛ bumiliū ꝛtemptio. ꝛ cū humilitate laboꝝ ꝓpessio. Magnanimitas ē difficiliū spōtanea ꝛ rōnabilis aggressio Fiducia ē certa spes animi p̄ducēdi ad finē rem inchoatā Securitas est habit⁹ ꝛm quē imminētes incōmoditates ꝛ rei inchoate affines nō formidāt Magnificētia ē magnaꝝ rerꝝ ꝛ excelsarum cū aīmi ampla quadāꝫ splendidissima p̄positiōe cogitatio atq̄ administratō Cōstantia est stabilis in bono p̄seuerātia Patientia est equanimis maloꝝ tollerantia

Fidētia est in magnis ꝛ honestis firma fiducia ꝛ tuta collocatio. Perseuerātia est finalis p̄manētia in bono. Justicia est ꝛtus qua sibi. deo ꝛ p̄rimo quod suū est tribuit̄ Seueritas est ꝛtus debito supplicio coercens iniuriā Liberalitas est ꝛtus beneficioꝝ erogatrix. Latria ē cult⁹ soli deo debit⁹. q̄ fit fide spe ꝛ charitate. Dulia est seruit⁹ creature debit⁹ Iperdulia est fuitus vel cult⁹ excellētiꝫ creaturꝫ debit⁹ Reuerētia est virt⁹ q̄ p̄sonis grauibꝫ ꝛ platōe vl officio sublimat̄ debit⁹ cult⁹ reuerētie impēdit. Pietas ē virt⁹ q̄ p̄sanguineis ꝛ patrie beniuolis diligēs cult⁹ impēdit Sīa iusticie est beneficia iugi memoria recordari et possibilit̄ repēdere. Vindicatio est ꝛt⁹ q̄ oīe iniustū repellit ꝛ debite punit. Obꝛuātia ē virt⁹ q̄ superiozes honorifice tractāt.

Veritas ē virt⁹ q̄ reb coꝝ ꝛ fba p̄corda re iubent Innocētia est aī puritas abhorrens oēm illatiōꝫ iniurie deo sibi ꝛ p̄rximo

Amicicia est dilectio alicui⁹ p̄rimi ꝓpter bonū ip̄i⁹ p̄rimi. Cōcordia est volūtatum ꝛ actionū p̄sormitas. Misericordia est cō/

passio miserie ⁊ indigētie ꝓximi. Discipli/
na est cōuersatio honesta. cui paꝝ est nō age
re malū. sꝫ studet in bonis suis actibꝫ irrep̄/
hensibilis apparere Obediētia est obtem
peratio volūtati supioris ꝑm regulas legis
diuine vel hūane. Eq̄tas est amor equa/
litatis in his in q̄bꝫ equitas esse debꝫ. Cō
templatio est clara ⁊ libera ꝑspicacia ad co/
gnoscendū diuinā sapiam ⁊ ꝓpriā ⁊ natura/
lem possibilitatē. Oratio ē ascēsus mētis
in deū. Siue est exp̄ssio desiderij directi in
deū ad bonū adipiscendū l'malū remouen
dū formata ꝑ verbū interi⁹ ⁊ exteri⁹ Sa
cramentū est materiale elemētū oculis sub/
iectū. similitudine rep̄sentās. institutione si
gnificās. significatōe gratiā cōferēs. Ba/
ptismus est tinctio corꝑis exterior facta sub
forma verboꝝ p̄scripta. Cōfirmatio ē si/
gnatio homīs baptizati in fronte facta ab
episcopo ad roborandū hominē in fide.

Eucharistia est vera ⁊ realis p̄sentia cor/
poris ⁊ sanguinis xp̄i sub speciebꝫ panis et
vini. Penitētia est absolutio hoīs pecca/
toris penitētis a sacerdote. claue nō errāte.
penā eternā in tp̄alē diuina auctoritate cō/
mutante. Unctio extrema est vnctio ho/
minis infirmi a sacerdote in remissionē ve/
nialiū peccatoꝝ. Ordo est signaculū quo
sp̄ualis potestas tradit̄ ordinato. Ma/
trimoniū ē viri mulierisq̄ cōiūctio marital'
inter legitimas ꝑsonas indiuiduā vite con
suetudinē seruās. Premiū substātiale cō
sistit in visione. fruitione. tentione vni⁹ sum
mi boni. Premiū cōsubstantiale cōsistit ī
gloria corꝑis. Premiū accidētale cōsistit
in quodā decore speciali supaddito. Et dici
tur aureola. Aurea est ip̄a beatitudo sub
stantialis. Aureola est gloria incorrupti
onis ꝑm ꝓfectū triū viriū aīe in carne ope/
rantiū. s. vis irascibil'. cōcupiscibilis ⁊ rōna/
lis. Aureola virginū est gloria de incorru
ptione carnis. attestāte incorruptiōe mentꝭ
Aureola martyrū est gloria de inuicta su
stinentia mortis ꝓ fide vel iusticia. Aure/
ola p̄dicatoꝝ est gloria de incorruptōne do
ctrine ad alteꝝ prolate mēte verbo et exem/
plo. Hec sunt charissime frater paucula
que ꝓ vsu ⁊ exercitō tibi relinquo postq̄ dō
dante te iterato videro lati⁹ tibi exponā.

¶ Explicit declaratio terminorum
theologie.

¶ Incipit summa sancti Hieronimi de es/
sentia ⁊ inuisibilitate ⁊ immēsitate dei. que
ascribit̄ s. Bonauēture

Omnipotens de
us pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ sp̄ūsctūs vnus ē
atq̄ trin⁹. vn⁹ videlicet extat ī
natura. trin⁹ ī ꝑsonis. sol⁹ inui
sibilis. sol⁹ incircūscript⁹ incor
corpore⁹ ⁊ īmortal'. vbiq̄ p̄ns sꝫ latēs. vbiq̄
totus sꝫ immēsus. Inuisibilis est. qꝛ ī essen
tia sua videri nō pōt apostolo testāte qui ait
Quē vidit null⁹ hoīm sꝫ nec videre p̄t. Et in
euāgelio. Deū nemo vidit vnq̄. Incorꝑeus
est. qꝛ nullis mēbroꝝ lineamētꝭ cōposit⁹ siue
cōpaci⁹ existit. sicut veritas in euāgelio dicit
Sp̄ūs est de⁹. ⁊ eos q̄ adorāt eū in spiritu ⁊
v̄itate oportet adorare Immēsus ē qꝛ q̄nti
tas ei⁹ vl' qualitas a nullo etiā metiri potest
Cui salomon in sua oratiōe supplicans ait.
Si celū ⁊ celi celoꝝ te nō capiūt. q̄nto magꝭ
⁊ dom⁹ ista quā edificaui. Incircūscript⁹ est
quia circūscribi nō potest. Inlocalis est. q̄a
de loco ad locū nequaq̄ trāsit neq̄ quolibꝫ
retinet̄. ip̄o de se ꝑ Isaiā testimoniū ꝑhiben
te. Celū sedes mea est terra scabellū pedum
meoꝝ. Et ꝑ Hieremiā. Nōne celū ⁊ terrā ī/
pleo. Cui⁹ immensitatē ꝓpheta ī psalmo cō/
fitens ait. Si ascēdero in celū tu illic es. ⁊c.
De cui⁹ immēsitate adhuc in libro Job scri
ptum est. Excelsior celo est. ⁊ quid facies. ꝓ/
fundior inferno ⁊ vnde cognosces. Longi/
or est terra mēsura ei⁹ ⁊ latior mari. Quia eī
celū ⁊ terrā implet. ꝓculdubio null⁹ loc⁹ est
ab eius p̄sentia absens. Sup om̄ia quippe
est regēdo atq̄ impando. Subtus est om/
nia sustinēdo atq̄ portando. nō pondere la
boris. sed infatigabili v̄tute. Immutabilis
est. quia ab eo qd̄ est mutari nō potest. ipso
dicēte ꝑ Malachiā prophetā. qui ait. Ego
dn̄s ⁊ nō mutor. Ideo de⁹ immutabilis d̄r
quia in natura ei⁹ ira. furor. pnīa. obliuio. re
cordatio ⁊ alia his similia nō accidūt. Sim
plex em̄ natura est ⁊ immutabilis ⁊ imꝑtur/
bata. Neq̄ aliud ip̄e ⁊ aliud qd̄ hꝫ. sꝫ ip̄m est
qd̄ habet ⁊ qd̄ ē. Immortal' est. qꝛ nullo mo
do mori pōt. apl'o dicēte. Qui sol⁹ hꝫ īmor/
talitatē. lucē habitat īaccessibilē. queꝫ vidit
null⁹ hoīm. sꝫ nec videre p̄t. Ubicūq̄ aūt sa
cra scp̄tura sparsiꝫ ꝑ diuīos libros ī d̄o mo
tus aī ꝑm hūana mēbra describit. i. caput.
capillos. oculos. palpebras. aurem. narem.

os. labia. cor. linguã. imaginẽ. vultũ. vteruz man⁹ dextrã sinistrã. digitos siue digitum. alas. scapulas. posteriora. pedes. Itẽ mor aie. Irã. furorẽ. oblionẽ. pniam. recordatiõnẽ. z his silia. nõ carnaliter iuxta hystoriaz a recte itelligẽtib⁹ accipiẽda sunt. Sicẽ a iudeis z plerisqz hereticis carnalit sapiẽtib⁹. qui deũ corporeũ atqz localez opinãt. sz spũalit oia de eo intelligẽda z accipienda sunt. Si qs aũt dicẽ deũ hre hũana mẽbra. fm motũ aie more hũano. qd caput secũ credit. pculdubio ĩ corde idola fabricat. Igit vt dictuz est figuralit dz capi iõ caput legim⁹ ipam essentiã diuinitatis ei⁹. qz oia p̃cedit. z oia subiecta itelligere debem⁹. Capillos ꝯo capitis ei⁹ sctos angelos seu vniuersos electos typice accipi oportet. De q̃ sacro in libro Danielis scriptũ est. Aspiciebam donec throni positi sũt z antiqus dierz sedit. Vestimẽtũ ei⁹ q̃si nix candidũ. z capilli capitis ei⁹ q̃si lana munda. Hoc em̃ sigt p vestimẽta cãdida dei. qõ et p capillos capitis ei⁹. sctos videlicz angelos et multitudinẽ sanctoz dealbatoz. Vel certe Iõ capilli ei⁹ lane mũde cõpanr vt p hõ antiquus dierz esse credat. Oculos dz de⁹ hre. p eo qz oia videt z nil eũ latet. In ei⁹ em̃ ꝯspectu vt ait apl's. nulla creatura ẽ inuisibilis. Oia em̃ nuda z apta sunt ocul' ei⁹. Alit ꝯo oculi respect⁹ gre ei⁹ intelligũt. vt est illõ ĩ p̃s. Oculi dñi sup iustos z aures ei⁹ ad p̃ces eorũ. Itẽ alit. Oculi dñi p̃cepta p q̃ nob lumẽ scie subministrat mystice itelligũt. vt est illõ in p̃s. Preceptũ dñi lucidũ illumians oc'os. Palpebre dñi occulta z incõprehẽsibilia iudicia siue spũal' in diuis libris ei⁹ locutio innuit. De qbz occultis z incõphensibilibus sacramẽtis atqz iudicijs dictũ est in p̃s. Palpebre ei⁹ interrogãt filios hoim. h est ꝓbãt. Aures dz de⁹ hre. ꝓterea q oia audit. et nil eũ sub silẽtio latet. de q̃ in libro Sapie. Auris zeli audit oia. z tumult⁹ murmurationũ nõ abscõdit. Pares dei inspiratio ei⁹ ĩ corõ fideliũ. vt est repire in lib. Regũ. Ascẽdit fumus de naribz. i. lacrimosa cõpũctio penitẽtiũ inspiratõe ei⁹. Facies dei cognitio diuitatis ei⁹ ad hoies De q̃ cognitõe in p̃s. scptuz est. Oñde nobis faciẽ tuã. h est. da nobis cognitionẽ tuã. qz cognitio p filiũ. Nemo novit p̃trem nisi filius z cui voluerit filius reuelare. Alit ꝯo facies dei sigt inuisibilẽ essentiã diuinitatis dei filij. De q̃ ipe dñs ad moysen p angelũ rñdit. Posteriora mea videbis, faciẽ autẽ meã videre nõ poteris. ac si diceret. Incarnationẽ meã videbis in nouissimis dieb⁹ diuinitatẽ videre nõ poteris. Os dei filius p̃ris. i. xps dñs. de quo Isaias ꝓpha ex ꝑsona iudeoz effat⁹ ait. qz os ei⁹ ad iracundiaz ꝓuocauim⁹. Aliter ꝯo os dñi. sermo eius siue iussio accipit. De quo fmone dñi p̃dict⁹ ꝓpheta ait. Os dñi locutũ est. hoc est. verbũ dei filius dei patris p quẽ omia facta sunt. De quo in psalmo dz Verbo dñi celi firmati sunt. Et alibi Misit ꝯbũ suũ z sanauit eũ Et in euãgelio fm Joh. In p̃ncipio erat ꝯbum zc. Lingua dei mystice sigt spũm sctm̃ p quẽ de⁹ p̃r secretũ suũ manifestauit hoib⁹. Vñ in p̃s. Lingua mea ca. scribe. Labia dz vtriusqz testamẽti ꝑsonãtia intelligunt. De quib⁹ duob⁹ testamẽtis in ꝓuerbijs dz. Diuinatio ĩ labijs ei⁹. in iudicio nõ errauit os eius. Brachia dei p̃ris fili⁹ z spũs sanct⁹ itelligunt. sicut est in Isaia. Brachia mea ꝓl'os iudicabũt. De quo hiere. ad ipm ait. Et nũc dñe deus q̃ eduxisti populũ tuũ de terra egypti in manu forti z brachio extẽto. Jo aũt filius dz brachiũ dei. quia creatura electa ab ipo cõtinet. Dextera patris vnigenit⁹ filius accipit. De quo in psalmo ex ꝑsona homis assumpti. Dextera dñi fecit ꝓtutẽ. dextre. dñi exalta. me. Alit ꝯo dextera dñi sigt gliaz patris z eternã beatitudinẽ. De q̃ in ps. ex ꝑsona p̃ris ad filiũ. Sede a dextris meis. Dicitur aũt z dextera dei oĩs electa creatura i celo z in terra. Sic p sinistrã ei⁹ intelligit rep̃ba creatura. i. demones z omes ipũ q̃ad leuã posiri eẽna supplicia sustinebũt. Manus p̃ris fili⁹ dei accipit. p eo qz p ipm oia sũt facta. sicẽ est repire in Isa. Oia hec man⁹ mea fecit. z p eã facta sunt oia. Alit ꝯo man⁹ dei potestas ei⁹ intelligit. De q̃ ptãte in lib. Hieremie dz. Sicẽ lutũ in manu figuli. ita vos ĩ manu mea dom⁹ isrl'. Itẽ man⁹ dñi flagellũ accipit. de cui⁹ pcussione ĩ Sophonia ꝓpha scriptũ est. Extendã manũ meã sup iudam z sup habitãtes hierl'm. z disperdã de loco hui reliquias baal. Pro q̃ etiã dñi pcussione beatus Job ꝏ seipo ait. Man⁹ dñi tetigit me. Digit⁹ dñi singularit spũsctus accipit. Aq̃ spũsctõ lex in duab⁹ tabulis lapideis i monte synai scripta narrat. Ipe em̃ scripsit qui scribenda dictauit. i. spũsctus. De q̃ spũ dñi in euangelio. Ego in digito dei ejcio demonia. Quod ali⁹ etiã euãgelista aperte declarans ait. Si ergo in spũ dei ejcio demonia

Sicut em̄ digit⁹ cū manu vel brachio. manus ꝯo vel brachiū cū corpe sunt ī nakavnū Jta pr̄ z fili⁹ z spūssanct⁹ tres q̄dē psone sūt vna ꝯo suba diuinitaſ. Digiti dei pluralit. sancti itelligūt ꝓphe. de q̄ Spūssc̄us libros legſ ac ꝓphaꝝ sua inspiratōe describit. De q̄bus in ps̄. Uidebo celos tu. ope. di. tu. Per celos em̄ libros legſ ac ꝓphaꝝ. Per digitos ꝯo sanctos. vt dictū est ꝓphas mistice insinuauit. Jmago dei pr̄is inuisibilis. vnigenitus fili⁹ ei⁹ intelligit. de q̄ apl's. Jmago dei inuisibilis. Aliter nāc̄ est imago dei pr̄is ī filio suo quē nō aliūde sz ex semetipo. ℔ est ex substātia sua p omīa sil'em sibi z equalē genuit. Alit ꝯo aīam hois quā nō ex se de sua suba sicut plerīq̄ heretici opinati sunt genuit. sz ex nihilo creauit. sīc alit ē imago cuiuslibz regis ī filio ei⁹ quā ex semetipo sil'em sibi genuit. i. homo hoiem. Alit ꝯo in anulo siue in cera imago ei⁹ impssa. q̄ nō est qđ ipe. sic fili⁹ q̄ naturalit est ℔ qđ z pr̄. Cor dei patris archanū ei⁹ sapie mystice inuit. ex q̄ ꝙbū. i. filiū suū impassibiliter genuit ipo dicēte Eructauit cor meū verbū bonū. Alas ōr habere deus. p eo q̄ more auis electos suos tā c̄q̄ pullos sub se fouet z ab insidiis dyaboliz malorum hoīum pregit. Unde ꝓpha. Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ p. m. Scapulas habere ōr. q̄ nīa infirma mēbra in scapulis portat. Sīc est in ps̄. Scapul' suis obumbrabit tibi.

Uēter dei secreta origo subē ei⁹ accipit. Unī in ps̄. Ex vtero añ lucifer genui te. Aliter p vter dei incōphensibilia iudicia dei. q̄ rimari nequeūt mystice insinuāt De q̄ occulto iudicio ei⁹ ī libro Job scptū est. De cui⁹ vtero egressa est glacies. z gelu de celo q̄s genuit. Posteriora filij dei incarnatio ei⁹ accipitur de q̄ posteriori pte fili⁹ ī mōte synai ad moysen p angelū loquēs ait. Posteriora mea videbis. faciē aūt meā videre nō poteris. Pedes dei stabilimētū ꝙtutis ei⁹. eo q̄ vbiq̄ p̄sens. z vniuersa ei subiecta sunt. Illo ipo dicente p Jsaiam ꝓpham. Celū mihi sedes est terra aūt scabellū pedū meoꝝ. Aliter pedes filij dei incarnatio ei⁹ intelligit que diuinitati subiecta est tanc̄q̄ capiti pedes. Sīc p caput diuinitas. ita p pedes eius exp̄mit humanitas. de humanitate in Exodo scriptū est. Uiderūt deū israel. ℔ est. moyses z aarō nadab z abyud. z lxx. de seniorib⁹ populi. Sub pedib⁹ ei⁹ quasi op⁹ lapidis saphirini z quasi celū dū serenū est. Sicut aūt p lapidem saphirū celestes creaturas vel sanctos angelos. ita p celū serenū sanctā eccl'iam electoꝝ ex oīb⁹ assumptā figuralit demōstrare voluit. sup quas duas creaturas hō assūptus fili⁹ dei in ꝑpetuū regnat. De q̄ in psalmo. Oīa subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. Uestim̄tū filij dei aliq̄ caro ei⁹ que a diuinitate assumpta est in diuinis libris figuraliter accipit. de q̄ indumēto carnis Jsaias ait. Quis est iste q̄ venit ō edom tinctis vestib⁹ ō bosra Rursus vestimentū eiusdē dn̄i scā accipit ecclesia. que p fidē z dilectiōem ei cōiuncta est de quo in ps̄. dicit Domin⁹ regnauit. Et in psalmo alio ad ipm dn̄m. Cōfessionē z ōcorem induisti. amic. l. s. v. Palliū xp̄i iaz dicta eius eccl'ia intelligit. De q̄ in libro geneseos scriptū est. Lauit in vino stolā. hoc est ī passionis sanguine carnē suaz. z sanguine vue palliū suū. id ē. ecclesiā suā. Calciamēta dn̄i nostri xp̄i mystice significāt incarnatōem ei⁹ quā ex mortalitate humani generis assumere dignat⁹ est. De qua incarnatiōe sua ipse p ꝓphetā in ps̄. Jn idumeā extendā calciamētum meū. i. in plebe gentiliū manifestabo incarnatiōem meā. Gressus filij dei aduent⁹ ī mundū z regressus eius ad pr̄em. De q̄bus ait. Uisi sunt gressus tui de⁹. gressus dī mei regis mei qui est in sancto. Jp̄e de celo venit in vteꝝ virginis. De vtero ꝯo nascendo positus est in p̄sepio. postc̄q̄ oīa impleuit de quib⁹ a patre missus venerat appensus est in ligno crucis. de cruce aūt depositꝰ ꝑm corp⁹ sepult⁹ est. Christi aīma vero ad inferna descendit. tertia aūt die p potentiā sue diuinitatis carnē suā de sepulcro suscitauit. z post diē resurrectiōis sue quadragesimo die videntib⁹ apostolis ascēdit in gl'iam eius. Di sunt em̄ gressus filij. quia ascendit in celum z sedet ad dexterā patris Jste est descensus z ascensus ei⁹ qui frequēter in sacris scripturis legit. Ascēdere dicit deus. cū fili⁹ carnē ex nobis assumptā in celū cū captiuis eue/xit. vt est repire in psalmo. Ascēdit in altum captiuā duxit captiuitatē. q̄ naturā būani generiſ q̄ a dyabolo in mūdo captiua retinebat assumēs secū in celū vbi nūc̄q̄ aū fuerat tanc̄q̄ captiuā deportauit Absc̄ōdere ab hominib⁹ faciē suā de⁹ legit cū quibusdā cōtuz exigentib⁹ culpis cognitōem suā absconditSīc in populo iudeoꝝ nūc ipletū videm⁹. q̄ negātes filiū dei. sciam ꝑi dei ita ꝑdiderīt vt similes forēt gētib⁹ que dn̄m nō nouerūt

Ostendere faciē suā dicit deus. cū respectu
gr̄e sue. q̄bꝫ vult. s. electꝫ suis seip̄m in corda
eoꝝ occulta inspiratiōe insinuat ad diligen/
dum se amorē suū infundit. Sedere d̄r nō
corp̄aliter humano more sꝫ potētialiter sup̄
omnē creaturā rōnabilit. vt ē repire ī p̄s. Re
gnabit deꝰ sup̄ gētes. deꝰ sedet sup̄ sedē san/
ctam suā. Sedere aūt d̄r sup̄ cherubin. qd̄ ī
terp̄tat plenitudo scīe. p̄ qd̄ signāt scī angeli
siue mētes sp̄ūaliū viroꝝ in q̄bꝫ inuisibiliter
deꝰ sedet ⁊ regnat. In illis em̄ sedet q̄ scīa eꝰ
⁊ dilectiōe pleni sūt. In p̄uerbijs q̄ppe salo/
monis scriptū ē. Aīa iusti sedes sapie ē. Sa
piētia v̄o dei p̄ris xp̄s est. q̄ in aīabꝫ sctōꝝ d̄i
sedere d̄r. Descēdere deꝰ in mūdū d̄r. qn̄ ali/
q̄d nouū qd̄ an̄ nō fecerat in creatura hūa/
na opat. Sicut filiꝰ de patre descēdisse nar
rat quādo verā carnē ex maria v̄gine p̄pt re
demptiōem nostrā suscepit. ⁊ homo verꝰ fie
ri dignatꝰ est. nō mutādo qd̄ erat sꝫ assumen
do qd̄ nō erat. De cuiꝰ descēsione. id est. icar
natione in psalmo scriptū est Inclinauit ce
los ⁊ descēdit. ⁊ caligo sub pedibꝫ eiꝰ. Celos
inclinauit qꝛ aduentū suū p̄nunciās ange/
los siue p̄phetas misit q̄ eius aduentū homi
nibꝫ annūciarēt. Caligo sub pedibꝫ eius. qꝛ
impij hoīes ob suā maliciā incarnatōem eiꝰ
agnoscere nō potuerūt. nec adhuc possunt.
Stare deꝰ d̄r cū nos infirmos ⁊ suā creatu
ram ad pn̄iam ⁊ cōuersionē patient sustiet.
vt est repire in Abacuc p̄pheta. Stetit ⁊ mē
sus est terrā ⁊ dissoluit gētes. id est. stetit ad
subueniendū. ⁊ dissoluit credētes in se a vin
culis peccatoꝝ. Trāsire dicit deus cum de
cordibꝫ quorundā hoīm in quibꝫ antea p̄ fi
dem cōtinebat. postea subrepēte p̄fidia vl' q̄
libet delicto ab eis recedit ⁊ ad alios trāsit.
quēadmodū de iudeis ad gētes. de hereticꝫ
ad catholicos. sꝫ ⁊ de q̄buslibet irreligiosis
⁊ negligētibꝫ pro vicio suo recedere d̄r deꝰ
⁊ ad alios trāsire. qd̄ nō localit aut visibilit
sed inuisibilit occulto iustoq̄ iudicio face/
re cōsueuit. Ambulare d̄r deꝰ. nō de loco ad
locū transeūdo. qꝛ impiū est ita credere. sed
ambulatio eiꝰ est in cordibꝫ sanctoꝝ delecta
tio. sicut scriptū est. Et abeo in eis ⁊ ambu/
labo ⁊ ero illoꝝ deꝰ. Vel certe ambulare d̄i
est in sanctis p̄dicatiōibꝫ suis de loco ad lo/
cum trāsire. Loqui dei est inuisibilit sine so
no vocis vel quolibet strepitu occulte ī mē/
tibꝫ sanctoꝝ voluntatē suā atq̄ rectū intel/
lectū inspirare. siue futura sicut in sanctis p̄/
phetis reuelare. Que locutio dei. vt quidaꝫ
volunt tribꝫ modis accipit. Primo namq̄
modo p̄ subiectā creaturā. sicut ad moysen ī
rubo in igne apparuit. vel sicut Abraā atq̄
iacob ⁊ ceteris q̄bꝫ in angelis apparuit. Se
cundo v̄o modo in somnis. sicut ad iacob ⁊
ad zachariā p̄phetā. ⁊ ad ioseph sp̄ōsum ma
rie ⁊ alios sanctos quibꝫ secreta reuelare vo
luit. Tertio aūt modo neq̄ p̄ creaturā visi/
bilem neq̄ p̄ hominē. sed occulta tm̄ inspi/
ratione inuisibiliter corda eoꝝ tāgendo lo/
quentes efficit. sicut ī libris p̄phetaꝝ scriptū
est. Cuꝫ ip̄i p̄phete subito afflati sp̄ūsctō cla/
mabant dicētes. Hec dicit dn̄s. Dei videre
est acta bona approbare. sicut est reperire in
Gen̄. Vidit deꝰ cūcta que fecerat ⁊ erāt val/
de bona. i. intelligentibꝫ bona esse demōstra
uit Aliter videre dei est mala hoīm sciendo
reprobrare. sicut est illud in Isaia propheta
Et vidit deꝰ ⁊ apparuit malū in oculis eius.
Itē aliter videre dei est nos vidētes facere.
vt est repire in p̄s. Proba me deꝰ ⁊ scito cor
me. ⁊c. Modꝰ iste locutiōis in libro btī iob
similiter repit. vbi de sapiētia dei patrꝫ post
q̄ plurima in figura locutꝰ est de deo patre.
adiunxit. Tūc vidit illā ⁊ enarrauit ⁊ inue/
stigauit ⁊ p̄parauit. id est. videntes fecit at/
q̄ p̄dicantes ⁊ inuestigātes atq̄ alijs annū
ciantes ⁊c. Cognoscere dei est cognoscentes
facere. sicut ait ad Abraā. Nūc cognoui q̄ ti
meas deū. Neq̄ em̄ in tempe nouit qui scit
om̄ia anteq̄ fiāt. sed cognoscere dei dicitur
cognoscētes facere. vt qui priꝰ de se quales
essent incogniti erāt. p̄ eius interrogatiōem
⁊ p̄batiōem quales essent sibimetip̄is mani
festi fierēt. Tale est illud in lege moysi d̄ po
pulo israelitico. Temptabo eos inquit vtꝝ
custodiant mandatū meū an non. Nescire
d̄r deus. quosdā reprobos reprobare. sicut
est illud in euāgelio. Nescio vnde sitis. Re/
cedite a me om̄es qui opami iniquitatē. Ze
lare dicit deus cuꝫ creaturā suam quā non
vult perire. sepe castigat corripit atq̄ flagel
lat. ⁊ flagellando ad se reducit Vel zelare di
citur deus cū nullū peccatū impunitū vult
relinquere. Iustū enim est ⁊ ideo omnis in/
iusticia execrabilis est illi quā vt dictum est
nullo modo impunitā patitur. Irasci dicit
deus nō anime motu. vel qualibet pertur/
batione quod illi omnino accidere non po/
test sed creature delinquenti. id est. homibꝫ
impijs ⁊ pctōribꝫ iustā dicit inferre vltionē

hoc est reddere illis que merenť. Et ħ est vl tio diuia. iste furor eiº ðr. Penitere dicit deº nõ q̃ more hominũ ꝓtransactis opib⁹ peni teat. Qui eñ oñia nouit anteq̃ fiãt. ꝓ suis prauis actib⁹ penitere nõ potest. Sz penitẽ tia dei est statuta mutare z qð ꝑus ichoatũ est in aliud mutare. i. ex bono exigentib⁹ culpis in malũ. sicut de saul legit penituisse deũ q̃ cõstituisset eũ regẽ. vel sicut nũc vide/ mus in populo iudeoꝝ. q̃ cũ esset populº dei ob impietatẽ suã factº est synagoga sathane De malo vero in bonũ accidit in ꝓlo genti um. q̃ ante nõ populº dei. nũc aũt ꝓ gratiam x̃pi populº dei factº est. Hoc q̃ppe mõ occul/ to dei iudicio iudas dei ꝑditor de apostola tus ḡdu lapsus in inferni baratrũ dimersº est. Latro ꝙo post crimẽ rapacitatis ð cruce ad ꝑadisum trãslatº est. Hãc q̃z mutatiõem de bono ad malũ. sicut dictũ est. de malo ad bonũ q̃ occulto iustoq̃z iudicio dei siue p se/ ueritatẽ iusticie sue. siue p mirificordiã eiº fiat pniam dei dicimº. Qð exp̃ssiº in lib. Hiere. ꝓphe scriptuz est. Nõ penitere dei est statuta nullo mõ mutare. vt est illð in. ps̃. Jurauit dñs z nõ penitebit eũ. i. pr̃ ad filiũ. tu es sa/ cerdos in eternũ fm ordinẽ melchisedech. Sacerdos dei pr̃is dictº est filiº dei non fm diuinitatẽ. sz fm hũanitatẽ. in q̃ se. p nobis p passionẽ z morte in acceptabile sacrificium deo pr̃i obtulit. vt ipe esset sacerdos q̃ et sa/ crificiũ. Obliuiſci ðr deº cũ q̃busdã impijs z pctõrib⁹ nõ miserek. Qð vtiq̃z nõ facit p cru delitatẽ. q̃ in deo nõ est. sz p occultũ iustũq̃z iudiciũ suũ Jndurare ðr deº q̃rundã corda malox sic̃ de pharaone rege egypti scptũ est nõ q̃ oñipotẽs deº p potẽtiã suã eox corda induret. qð impiũ est ita credere. sz exigẽtib⁹ eox culpis cũ duricia cordis quã ipi sibi om nia mala ꝓpetrãdo nutriũt nõ auferť. vide tur q̃si illos ipe induret quos iusto iudicio induratos sinit. Dormire dei est cũ vnigeni tus filiº pr̃is in assumpta carne p nob⁹ mori dignatº est. Cuiº mors recte dulcis somnº p dictº est. ipo dicẽte p Hiere. ꝓpham. Jo q̃si in somno excitatº sum z vidi z somnº meº dulcis est mihi. Aliter dormire dicit deº. cũ fides eiº inter. p̃speritates huiº mũdi z intra q̃rundã corda fideliũ nõ vigilat sz dormit. Hãc dor mitionẽ ipe Jhs significauit. cũ in mari ineꝝ fluctº maris dormiuit Vel certe dormire est anx̃ys tarde subuenire. sicut est in psal. Ex/ urge quare obdormis dñe. Vigilare dei. est in defensionẽ suoꝝ electoꝝ z vltionẽ inimico rum suoꝝ se manifestũ demõstrare.

Finit summa de essentia tẽ.

¶Jncipit plogus sancti Bonauẽture do/ ctoris seraphici in libellũ qui Amatorium nuncupatur.

Presens opuscu

lum q̃ legerit intentionẽ eẽ sciat opificis quasdã sanctoꝝ autori tates sub ꝓtinuatiõe ordinãdis studuisse. eorundẽ nominib⁹ ecõtra in mar/ gine intitulatis. que aĩm legẽtis vel audien tis ad amorẽ sui ꝓditoris efficaciº debeant inclinare. sumpta ꝑmitº materia de excellẽ/ tia ꝑme ꝓditiõis hoĩ collata ꝑsilio totiº san cte trinitatis z ope maiestatiz diuie. Deinde hoĩem alloquit solũ oñdens ei z astruens. hoĩes ceteros nõ tñ ac vniuersa ad obsequ/ um ipiº z solamẽ ꝓdita vel creata. ĩmoꝝ amo ris ꝓuilegio singulariz. spãli ei munere data. Prosequit deinde ꝓsequentẽ tã necessitatez q̃z piã liberalitatẽ incarnatiõis x̃pi z passionis ꝑ hoĩe. que duo potissimũ ingratitudinẽ ex pellũt. z coꝝ hũanũ efficaciº ad amorẽ sui cõ ditoris inducũt. Ex q̃b⁹ q̃ttuor ꝑmissis. di/ gnitate vicz ꝑme creatõis. ꝓuilegio singlariz amoriz. dignatiõe ĩcarnatõis. z hũilitate pie redẽptõis pctoꝝ meditãdo ĩ se reuersus. ple rũq̃z ꝓpũgit. z abiecto q̃cq̃d mũdanũ sapit. totº ad x̃pm ꝓuertit. quẽ sui totº nõ ignorat auctorẽ z bñfactorẽ. z oĩm bonoꝝ largitorẽ. Et fit vt tãto plº ꝑ hũilẽ satisfactõz ðo fiat ꝓ pinquº. q̃sto ꝑ inobediẽtiã ꝑus ab eo extitit alienº. Et ħ q̃dẽ fuit principale intentũ ĩ ħ ope. vt ex recognitõe bñficioꝝ dei circa ho/ mines z amoriz. alt ad altez q̃si ꝓfabulando degenerẽ se agnosceret. z ꝑ ingratitudine sua. filiali potiº q̃z seruili ꝓtritõe ꝓpũciº. tã piũ pa/ trẽ tã ingratº filiº se excitaret filialit ad amã dũ. Nõ g̃ intẽtiõis opificis hoĩem sui creatoriz ꝓuocare saragẽs ad amorẽ pñti labori ama toriũ nomẽ imponit.

¶Nota q̃ ista ꝓtinuatio autoritatũ z titu/ latio autoꝝ nõ ita impssa ẽ in margine fm ĩ tentũ opificis hº opusculi. sz talit interrupta est ꝑ iterpositõz rubricaꝝ z autoꝝ. vt vides z ħ ad vitãdũ difficultatẽ opis. Qui g̃ volu luerit pt nihilomin⁹ legere sub ꝓtinuatione nõ obstãtib⁹ rubriciz z autorib⁹ iterpositis.

¶ Explicit prologus in libellum qui Amatorium nuncupat sancti Bonauenture doctoris seraphici.

¶ Incipit Amatorium

HOmo sermo meus dirigit quisquis pme conditionis tue dignitatē ignoras. aut tue reformatiōis laborē z preciū nō attendis. vt cōsideratione tante dignitatis. z dignatiōis tante. tam beneficum deū. tā benignū dominū. mutuo intuitu discamus pariter amare. cui p vniuersis suis beneficijs semp hucusq; indeuoti fuimus z ingrati. Anselm⁹. De dulcedine et bonitate dei in creatiōe In primis igitur te admoneo vt sine intermissione recorderis q̄ dulcis z q̄ bonus sit erga te creator tuus quanta bonitas eius fuit. q te cū non esses creauit. z q te non pec⁹ aut creaturā insensibilem. sed eā creaturā fecit que eū posses intelligere. amare. z cū eo suam eternitatē. eterna z felix possidere. Et q intim̄ te dilexit. vt cum multa cōtra suā voluntatē acturam sciret. voluit te tamen facere z esse. z q te cū tā/ta mansuetudine vt pius z misericors adhuc patitur expectās tuam emendatiōem. quia nullo modo te cupit pdere. sed adhuc te patitur viuere. adhuc tibi ea que sunt necessaria ad sustētatiōem hui⁹ vite non desinit ministrare. Et sicut reb⁹ ipis experiri potes. peccatis tuis nō potes eius bonitatez vincere. nec adhuc te velit sicut promeruisti ꝓfundere. vel ex toto destruere. Certissimuz est ergo illū pium esse erga te qui tāta bona tibi largitur. nec adhuc de tuis iniquitatib⁹ se querit vindicare. Preterea de eius benignitate adhuc cogita. Rationes inducitue ad amandū deum. Ut autē cōmunia replicam. quot sunt mēbra in corpe. tot beneficia inuenies magna. z p minimo membro plus debes amare deū q̄ multi amant eum p cunctis beneficijs que ab eo recipiunt. Si quis amisisset oculū. quantū amaret eum qui sibi illū restitueret. Et si quis meruisset amittere eū. quantum amaret illum qui sibi oculū conseruaret. Nec minus amand⁹ qui cum ab initio dedit. z qui datū conseruauit. cū multotiens vtendo eum cōtra deum amittere meruerit. Quod dixi de oculo, de ceteris membris cogita. Si vero tantū amand⁹ est qui dedit corpus. quantū amandus est qui dedit animā. que in infinitum melior est corpore. Que si amisisset vsū rationis. quantū amares illum qui illuz restituerer. Quantū ergo amandus est qui tibi rationē dedit. Itē Quantū amandus est ille qui mirabiliter corpus z animā coniunxit. z hanc cōiunctionē tibi seruauit. cū peccando mortem multotiēs meruisses Augustinus. Cogita igit̄ z recogita tantam erga te tui creatoris benignitatē. et erige te sicut rectū est. Et omnes sensus tuos ad e⁹ ineffabilē dilectionem. Nihil enim iustius. nihil salubrius. nihil vtilius z dulcius q̄q̄ ex toto homo illū diligat quem sui tot⁹ nouerit non solū auctorem. sed et conseruatorē

QX natura inuitat ad amandū deum

Si vero naturaliter amat filius patrez. a quo habet partē corporis sui. quanto magis amare debet deū. qui corpus eius z animam ex nihilo fecit. Augustin⁹. Et si amand⁹ est genitor. tamen preponend⁹ est creator. Ut quid nō amaret opus artificez cum haberet vnde id posset Bernardus

De diligendo deo. Et cur non quantum omnino posset. cum nihil omnino nisi eius munere posset. Bernardus in sermone. Valde igit̄ mihi amandus est. p quem sum. viuo z sapio. Parum ne videtur tibi hoc. De dignitate siue excellentia p/me creationis. Cogita qualē te fecit. Hē/pe scōm corpus egregiā creaturam. Scōz animā magis imaginē creatoris insignem. ratōnis participē. beatitudinis eterne capacem. Potzo coherere sibi fecit artificio incō prehensibili. sapientia inuestigabili. Nec tamen ante promeruit qui ante non fuit Nec spes retributionis fuit. quoniā bonorū nostrorum nō eguit Disce igit̄ in reuerēdo gratiam nō esse tardus aut segnis. Disce ad singula dona gratias agere. Diligenter considera que tibi apponūtur. vt nulla dei dona gratiarū actione frustrentur. Augustin⁹

Quanta sit dignitas conditionis humane. Tanta nanq; dignitas conditionis humane esse cognoscitur. vt non solo iubētis sermone. vt alia sex dierum opera. sz cōsilio sancte trinitatis. z opere maiestatis diuine creatus sit homo. vt ex prime conditionis honore intelligeret. quantum suo conditori deberet. dum tantū in conditiōe mox dignitatis priuilegium prestitit ei conditor

vt tanto ardentius amaret conditorem. qñto mirabilius se ab eo cõditũ eẽ intelligeret.

Dignitas cõditõnis debet inducere amorem. Faciam⁹ inquit hominẽ ad imaginem z similitudinẽ nostrã. Hec hoc soluz q̃ sancte trinitatis ꝓsilio sic ab excellẽtia cõditoris cõditus est ꝫ etiã q̃ ad imaginẽ z similitudinẽ suã ipe creator omniũ eum creauit q̃ nulli alĳ ex creaturis donauit. Que imago diligenti⁹ est exterioris homis mobilitate cõsideranda. Que sit imago trinitatis in anima q̃ ad corpus exteri⁹. Primo siquidẽ vt sicuti de⁹ vnus semp vbiq̃ tot⁹ est omnia viuificãs. mouens z gubernãs. quia in eo viuim⁹. mouemur z sumus. Sic anima in suo corpe vbiq̃ tota viget. viuificans illud. mouens z gubernãs. Neq̃ enĩ in maioribus sui corpis membris maior. et in minoribꝰ minor. sed in minimis tota est. z ĩ maximis tota. Que sit imago vnitatis ĩ anima in trinitate interius. Et hec est imago vnitatis omnipotẽtis dei quã anima habet in se. que etiã sancte trinitatis quandaz habet similitudinẽ. Primo in eo quia sicẽ deus est. viuit z sapit. ita anima ſm suũ modũ est viuit z sapit. De similitudine trinitatis in anima. qua ad imaginẽ dei est condita. Est quoq̃ in anima similitudo trinitatis. in eo q̃ ad imaginẽ sui conditoris perfecte ꝫ z summe trinitatis que est in patre z filio z spiritusancto condita est. Et licet vnius nature sit illa. tres tamẽ dignitates habet. id est. intellectũ. voluntatẽ. z memoriam.

Sine quibꝰ anima ꝓfecta esse nõ potest Quidem. licet alĳs verbis designatur cũ dicit. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo. et ex tota anima tua. z ex tota mente tua. id est. ex toto intellectu tuo. z ex tota voluntate tua. z ex tota memoria tua. Imago est in substãtia. similitudo in moribus.

Nam sicut ex patre generat filius. z ex patre filioq̃ ꝓcedit spiritusſanctus. ita per intellectũ generatur voluntas. z ex his utẽ ambobus ꝓcedit memoria. sicut facile a sapiente quolibet intelligi potest. Que sint excellentiores dignitates aĩme. Nec enim anima ꝓfecta esse potest sine his tribus. nec horũ triũ vnum aliquod quantũ ad suã beatitudinẽ ptinet. sine alĳs duobus integrũ constat. De trinitate in anima. Et sicut deus pater. deus filius. deus spirit⁹sanctus est. nõ tamen tres dĳ sunt sed vn⁹. habens tres personas. z anima intellect⁹. anima voluntas. aĩma memoria est. nec tres tamen anime in vno corpe. sed vna aĩma tres habẽs dignitates. atq̃ in his tribꝰ imaginem gerit eiusmirabilẽ in sua natura noster interior homo Q excellentioribꝰ anime dignitatibꝰ iubemur diligere deũ. Et hĳs quasi excellentioribꝰ anime dignitatibꝰ iubemur diligere deũ. vt quantũ intelligitur semp in memoria habeatur. Nec solus sufficit intellectus. nisi fiat voluntas in amore eius. Imo nec hec duo sufficiũt nisi memoria addatur. qua semper in mente intelligentis z diligentis maneat deus. sic vt nullum possit esse momentũ quo pſentẽ eum nõ habeat memoria. Et hec habe de imagine.

De similitudine que in moribus cõstat.

Nunc vero de similitudine aliqua intelli ge. que in moribus credenda est. Ut sicut deus qui hominẽ ad similitudinez suam creauit. charitas est. bonus z iustus. patiens et mitis. mũdus z misericors. zcetera insignia virtutum suarũ. que ꝺ eo legũtur. ita homo creatus est. vt haberet charitatez. vt bonus esset z iustus. patiens ac mitis. mund⁹ et misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisq̃ in seipso habet. tanto ꝓpior est deo. et maiorem sui cõditoris similitudinem gerit Si vero quod absit aliquis per deuia vitiorum z diuorcia criminũ. ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberrat. tunc fiet de eo quod scriptum est. Homo cum in honore esset non intellexit zc.

De honore homini collato. Quis maior honor potuit homini esse q̃ q̃ ad similitudinẽ sui factoris conderetur. et eisdẽ virtutum vestimẽtis ornaretur quibꝰ z conditor. Quod quidẽ nulli alĳ ex creaturis nisi soli homini concessit. Quando homo non vtatur vl̃ fruat dei bonitate et misericordia ita vt nullũ esset momentũ quo non sit de q̃ legitur. Domin⁹ regnauit decorem indutus est zc. id est. omniũ splendore virtutum. z totius bonitatis decore ornatus. Vel qõ maius homini potest esse dedecus. aut infelicior miseria. q̃ vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa. ad informẽ z irrationalem brutorũ animaliũ delabatur similitudinem. Quapropter o homo diligenti⁹ attende prime ꝺditõis tue excellentiã z venerãdã sancte trinitat⁹ imaginẽ in teipso cognosce. honorẽq̃ similitudinis diuine ad quã crea

tus es nobilitate mor. exercitio fortutū. z dignitate meritor. hre cōtende. vt quādo apparuerit qualis sit. tūc similis ei appareas. q te mirabiliter iā ad similitudinē suā in pmo adā cōdidit. z etiā mirabil⁹ vt infra patebit in secūdo reformauit Q mirabilior ē hominis reformatio ꝙ formatio In prima nāq; pditōe glia puent⁹ est z bonore. i secūda pietate. psecut⁹ z amore. vt ingratitudinē tuā erubesceres. z ad pditorē tuū amorē tuū totum puerteres. q tāto artificio vtebat. vt nullū aliū pter ipm amares. In pmo opere pditiōis tue de limo terre plasmauit hoiem de⁹. z inspirauit in faciē ei⁹ spiraculū vite Ece qualis artifex. qualis vnitor rerū. ad cui⁹ nutū sic pglutinant sibi lim⁹ terre z spūs vite. Lim⁹ quidē iā ante creat⁹ erat qñ in pncipio de⁹ creauit celū z terrā. At spūs sane nō cōem sz ppriā habet pditōem. nec i massa creatus. sz singulari quadā excellētia inspirat⁹

Quare dederit de⁹ hoi sensuz z intellectū

Quē cū in hoiem inspirasset dedit ei sensum z intellectū. vt p sensum lutū sibi associatū vinificarz. z p intellectū regeret Aug⁹ de spū z aia. Et vt p intellectū int⁹ ingrederet z ptēplaret dei sapiam. z p sensum foris egrederet z ptemplaret opa sapiētie. Intellectū int⁹ illustrauit. sensum foras decorauit. vt in vtroq; refectionē inueniret. Intus ad felicitatē. foris ad iocunditatē. Sz q⁹ bona exteriora diu stare nō possunt. iussus est hō ab exterioribz ad interiora redire. ab interioribz ad supna ascēdere. Bern⁹. i ꝑmone. Tāte siquidē dignitatis est hūana cōditio vt nullū bonū pter summū ei sufficere possit Agnosce igit o homo dignitatē tuā. agnosce gliam pditiōis tue. Est et tibi de mūdo corp⁹. sz tibi sublimi⁹ est aliq̄d. nec oīno cōpandū ceteris creaturis. Cōpacta z pfederata sunt in te caro z aīa. illa plasmata. hec inspirata. Quis nō videat q̄ tutū corpori pstat aīa. Quid aīma cōferat corpi.

Nunq̄d nō trūcus esset insensibilis. caro inanimata. Aug⁹. Ab aīa eñ pulcritudo. ab aīa incremētū. ab aīa claritas visus z son⁹ vocis. Deniq; sensus oīs ab aīma est z p sensus pgredit ad corp⁹ mouēdū z viuificandū. De duplici vita aie. Cui⁹ duplex est vita. alia q̄ viuit in carne. alia q̄ viuit in deo. Duo siquidē sunt sensus in hoīe. vn⁹ interior. z alter exterior. z vterq; bonū suuz habet in q̄ reficiat. Sensus interior reficit ptemplatiōe diuinitat⁹. sensus exterior ꝑtēplatiōe humanitat⁹. Cur de⁹ hō fact⁹ sit

legis occidit. z ℔ seruato iusto ordine. iusta causa z iusto anio. Optet q̄ assit iust⁹ ordo z iusta causa. i. q̄ ex iusta cā occidat. q̄ lex dic̄. Juste q̄ iustū est exeq̄ris. Jtez oportet hr̄e aim iustū vt bō q̄ est miſter legis ex lege ho/ minē occidat. nō libidine vindicte sz amore iusticie Un̄ apl's ad romanos loq̄ns ad p̄n cipes ōt q̄ p̄ncepsñ sine cā gladium portat dei miſter est vindex i īrā ei q̄ male agit. Qō igit dñs dicit petro. oīes q̄ acceperint gla/ dium. gladio pibūt. nō referk nisi ad ℔ q̄ ille q̄ nō est miniſter legis. nō dz occidere. Et q̄ ōr. Nō licet sacerdotē esse occisorē. hoc nō re ferk ad p̄ncipes. Tertiū q̄ō dicit dñs. Ego aūt dico vobis. nō resistere malo. vex est vl/ tionis libidine sz amore iusticie bñ licet resi stere malo. Patet mō q̄ lex occidit hoiem.

Jtē occidit homo ab hoīe tripl'r. aut casu aut necessitate aut volūtate. Si bō occidit hoīez casu. aut adhibet operā rei licite. z ad/ hibet debitā diligentiā. excusak a tāto z a to/ to. Si aūt sit homicidiū casuale. z homo ad hibet operā rei illicite. nec adhibet debitam diligentiā. nec excusak a tāto nec a toto. Si aūt fuerit homicida ex necessitate. ℔ est du/ pliciter. aut ex necessitate ineuitabili. aut eui tabili. Necessitas euitabilis est. si possum ef fugere sz dimitto p̄pter verecundiā vel aliā causam. z in isto casu excusak a tāto z nō a to toto. q̄z melⁱ⁹ esset q̄ fugeret. Si aūt sit neces/ sitas ineuitabilis. vt homo occidat aliū bo minē nō amore vindicte sz amore p̄seruatio nis vite z aīe. vt nō interficiat ip̄m ex crude/ litate sz vt impediat ip̄m ne p̄dat suā vitam z aiam. z fiat ℔ cū moderamie tutele. ℔ p̄ces/ sum est p̄sonis etiā p̄fectis. nō solū imp̄fect. Et ℔ dic̄ Aug⁹. de libero arbitrio. z excusak a tāto z a toto. Tertio mō fit homicidiū ab hoīe volūtate. z ℔ duplicit. Aut libidine vin dicte. sicut q̄ñ aliq̄s interficit patrē alterius Aut animi crudelitate. sic̄ latrones vl' iracū di interficiūt aliquos. Et vtrūq̄z istor est p hibitū. z est primū grauⁱ⁹ q̄z scōm. Jtē fit homicidiū interp̄tatiue in aio. z ℔ triplicit. Primo fit homicidiū interp̄tatiue obmittē do in facto. Un̄. Pasce fame morientē. si nō pauer. occidisti. Secūdo mō fit q̄ñ aliquis occidit aliū p̄sulēdo vel accusando vl' detra bendo. q̄ñ ℔ facit ex malignitate aī. Tertio mō fit homicidiū interp̄tatiue in aīo odien/ do. Un̄ cano. Joh. Qui odit frēm suuz ho/ micida est. Dico ḡ q̄ fm p̄ncipalē intellectuz p̄hibek hic occisio. nō que est fm legē. sz q̄ est fm hoīem. z illa q̄ fit volūtate aut interp̄ta/ tiue Et ℔ est q̄ō dicit. Non occides. Se/ quitur. Nō mechaberis. Dicp̄hibek q̄ vxorē p̄rimi tui nō violes. Et dic̄ Aug⁹. q̄ hic p̄hi betur oīnis illicit⁹ vsus mēbroz generatōis q̄ fit ad p̄curatōem libidinis z impugnatōz castitatis. Et ℔ fit septē modis. p adulteriū fornicatiōem. meretriciū. stup̄ū. sacrilegiuz incestū. z p̄ctīm p̄tra naturā. Notandū q̄ est pudicicia p̄iugalis. cōmunis. z p̄uilegiata. Scōm ℔ dico q̄ aliq̄s est impugnator pudi cicie p̄iugalis. fm ℔ fit adulteriū. z ℔ fit cum peccat cū p̄iugata. Aut est impugnator casti tatis cōis. z ℔ fit cū peccat cū soluta simplici ter. z vocak simplex fornicatio. vel cū peccat cū vagabūda z p̄stituta. licet sit soluta tūc vo cak meretriciū. Si aūt sit ip̄ugnator pudici cie p̄uilegiate. i. virginitatis. ℔ est dupliciter Aut fit cū p̄ditiōe adiūcta q̄ est defloratio. z sic vocak stup̄z. Aut fit cū dña deo p̄secrata z sic ōr sacrilegiū. ℔ est q̄ñ aliquis dñop̄secra tam violat. Si aūt sit p̄tra fundamentū oi um istoz. sic ōr p̄ctīm p̄tra naturā Et hoc est dupliciter. Aut fit p̄tra dictamen naturalis rōnis. sz p̄tra ℔ q̄ō oīnia aialia natura do/ cuit. sic ōr p̄ctīm p̄tra naturā p̄rie. Aut fit cō tra instinctū nature. z ℔ modo est incest⁹. q̄ñ q̄s peccat cū p̄sona sibi p̄iuncta. Peccatum p̄ natūrā sceleſtissimū est z sup oia fugiēduz Et de ℔ crimine accusauit Joseph frēs su/ os apud p̄rem suū crimie pessimo. Dic̄ igit Nō mechaberis. Dic p̄hibek oīnis mechia cū vxore p̄rimi. z fm Aug⁹. oīnis illicit⁹ vsus membroz generatōis q̄ fit ad p̄curatōem li bidinis cū impugnatōe castitatz. Patz mo/ do fm q̄d accipiunk trāsgressiones h⁹ p̄cti. z p̄ctīm p̄tra naturā sup oīnia est fugiendum Sz de peccato p̄ naturā narrat petrus da mian⁹ q̄ erāt duo i deserto q̄ asperrimā fa/ ciebant p̄niam. Et vn⁹ fuit idiota z suis pec catis exigētib⁹ illusus est a diabolo. q̄ dixit ei q̄ peccatū pollutiōis p̄tra naturā nō maius esset p̄ctīm q̄z si homo mucilagines p̄uceret a naso suo. Tūc ille pestifer exercuit se ad il/ lam ip̄udiciciā. In morte aūt p̄rauit ani/ mam suā diabol⁹. Mirat⁹ est ali⁹ q̄ ille qui fuit tantaz vigiliaz z laboz fuit p̄ditus. Et astitit ange⁹ dñi q̄ dixit illi q̄ totū se fedaue rat p illud p̄ctīm. Omis igit act⁹ q̄ est in expe rientia libidinis q̄licūq̄z mō fiat est p̄hibit⁹ nisi fiat in forma mīis eccl'ie. Jn somnis

patiſ hō qñq; pollutōes absq; causa ꝛ absq; culpa. Sz q̄dā stulꝰ p̄sbyter cuidā confitenti de pollutiōe nocturna dixit. Nō potes hre denariū ad explēdā libidinē tuā. Patet mō quō phibeꝫ h̄ oīs illicitꝰ vsus corpis ꝛ membroꝝ p̄creatꝰ extra formā mrimonij. ꝛ h̄ tangiſ cū dic̄. Nō mechaberis. Sequitur. Nō furtū faciesꝭ. Furtū est attrectatio rei alienē inuito dño si fiat ex cupiditate. Sz si nō fiat ex cupiditate non est furtū. sic filij israel ex dñi p̄cepto portauerūt secū ex egypto vasa argētea ꝛ aurea. Uel q̄ alij aufert gladiū ne faciat malū tūc nō dr furtū Furtū aūt diuidiſ p partes. qr furtū est attrectatio aliene rei inuito dño ꝛc. ꝛ h̄ fit aut p merā fraudē. aut p violentiā. aut p circūuentiōez. Primo mō cū fit p merā fraudē ꝛ furtiue. sic dr furtum. Si fiat p violentiā h̄ est duplr. aut est aperta. ꝛ sic dr rapina. aut est occulta. ꝛ sic dicit latrociniū. Si ꝓo fiat attrectatio rei aliene p circūuentiōem. h̄ pōt fieri cū pactiōe adiuncta. ꝛ h̄ tripliciter Aut cū pactiōe fraudulenta aut iiqua. aut ꝓphana. Si fit cū pactōe fraudulēta. sic fit i negociatōib; Hoc āt fit tripliciter. aut in pōdere. aut i numero. aut in mēsura. ꝛ de hoc rarissime euadūt mercatores. Si aūt fiat cū pactiōe iniqua. sic est vsura. i qua id qđ vendit est cōe. s. tp̄us. Si aūt fiat cū pactiōe ꝓphana in q̄ illud qđ vēdit est p/priū. sic dr symonia. Sz querit si accōmodotibi vestē vel equū vel domū ꝛ accipio denarios. nō est vsura. sic de pecunia. Dico q̄ in veste vel equo vel domo trahit vsus ex re. ñ ex pecuia. ꝛ iō nō dr vsura Aliq; credūt q̄ vsura sit mala qr phibita. sz certe est phibita qa mala. Itē in mutuo meū fit tuū. ꝛ si tu aliq̄d acq̄ris p industriā tuā ex illo mutuo. et ego aliq̄d ex illo repeto. vendo temp; qđ est commune. qđ nō est licitū vēdere. Sz in accommodato nō trāsit mea res i tuā. In mutuo pecunia mea fit tua. ꝛ non minorat pecunia nec peiorat. Sz in accōmodato domꝰ mea vestis mea nō fit tua. ꝛ minorat ꝛ peioratur domꝰ vel vestis ꝛ tu elicis ex ea vtilitatē tuā nō sic ex tuo sz sic ex re mea. ꝛ diminuit ꝛ peiorat. Pecunia aūt mutuata tota ꝛ integram oportet q̄ mihi reddas. ꝛ iō nō excusor cū peto aliq̄d de mutuo. ꝛ est ibi quersio ordinis. ꝛ appropatio cōmunitatis. Et dr q̄libz sibi cauere de h̄. Et sic si fit circūuentio cū pactiōe iniqua dr vsura. Si aūt fiat circūuentio cū pactiōe ꝓphana. sic dr symonia. in q̄ qui vendit nihil acq̄rit. ꝛ ille q̄ emit nihil hz. sz solus rez alienā ꝓtrectāt. ꝛ h̄ ē cū res spiritalis vēdit tāq; res vilis. Lōtra istos dic̄ dñs. Nolite domū p̄ris mei facere domū negociatōis Sz quidā faciūt eā spelūcā latronū. Unde dñs p̄phetam. Principes eius in muneribus iudicabāt. ꝛ sacerdotes eius in mercede docebant ꝛ p̄phete eius in pecunia diuinabant. Rogemus ergo dominum Jesum christum ꝛc.

Non loquaris ꝓtra primū tuū falsū testimoniū. Nō cōcupisces rē primi tui. Hec desiderabis vxorē ei⁹. Deutero. xxv. Cōsidera q̄ ꝓposuerim i conspectu tuo vitā ꝛ bonū. ꝛ ecōtrario mortē ꝛ malum vt diligas dñm deū tuū. ꝛ ambules in vijs eius. ꝛ custodias mādata illi⁹. In principio rogem⁹ deū ꝛc. In Deutero. loquit moyses de decē mādatis que de⁹ eter⁹ p ipsius os ꝓposuit. vt nō despicerēt ea iudei. ꝛ oñdit q̄ in obseruātia mandatoꝝ est vita ꝛ bonuz ꝛ oportet q̄ oīa seruent ad hoc q̄ in illoꝝ obseruātia sit vita ꝛ bonū. Oñdit etiam q̄ i ipoꝝ transgressione est mors ꝛ malū. ꝛ q̄ in trāsgressione vni⁹ necesse est intelligere trāsgressionē omnū quo ad damnū nō quo ad penā. Dicebā alias q̄ ꝑma distinctio mādatorum est fm duplicē partē iusticie. que nos ordinat ad deū ꝛ ad p̄rimū. ꝛ fm h̄ due tabule date sunt Moysi. In ꝑma ꝓtinent mandata quib; ordinamur ad deū. ꝛ sūt tria In secūda ꝓtinent mādata q̄b; ordinamur ad p̄rimū. ꝛ sunt septē. Dicebā etiā q̄ in secūda tabula est vnū mādatū affirmatiuū ꝛ sex negatiua. De affirmatiuo ꝛ trib; alijs negatiuis habitū est Sequit mō de alijs. q̄ ꝑmū est. Nō loq̄ris ꝛ. primū tuū falsū testimonium. In isto mādato negatiuo phibet mēdacium. qđ nociuū est p̄rimo. Et fm generalē intellectū phibet h̄ oīne mēdaciū p̄nicioſuz Et dat intelligi q̄ oīne mendaciū est maluz Augustin⁹ aūt distinguit mēdaciū ꝛ dicit q̄ est mendaciū officioſum. iocoſum. ꝛ p̄nicioſum. Mendaciū officioſum est qđ nulli obest ꝛ alicui pdest. Mendaciū iocoſum est qđ nō fit cā nocēdi sz mētiendi libidie. ꝛ h̄ nulli pdest ꝛ nulli obest. Mendaciū p̄nicioſum ē qđ fit intētione mentiendi ꝛ vt noceat. ꝛ h̄ sp obest ꝛ nulli pdest. Et dic̄ Aug⁹. In primo mēdacio est mīma culpa. in scdo mediocris. in tertio est culpa grauis. Mēdaciū officioſum fit triplr. aut p defendēda re alicui⁹ rem.

porali. aut p tuēda vita. aut p seruāda castitate. Mendaciū iocosum fit duob⁹ modis. aut sola mētiendi libidine. aut cā placendi. z ℔ est mediocris culpe. Mendaciū aūt pernicios̄um triplicit̄ fit. aliq̄n in doctrina religionis ꝯ sacrā scripturā. aliq̄n in impositiōe falsi crimīs. Et ist⁹ duob⁹ modis nulli pdest ꝫ oīb⁹ obest. Aliq̄n fit mēdaciū pniciosum i causa alicui⁹. z sic alicui pdest z alicui obest. Sic igit̄ sunt octo genera mēdaciī. Et dicit Aug⁹. q⁹ de⁹ pōt facere q⁹ furtū nō sit pctūm. ꝫ nō potest facere q⁹ mētiri nō sit pctm̄. Et hoc est ꝙ̄ nobilitatē ꝟitatꝫ. qz mēdaciuz est falsa vocis platio cū intētiōe fallēdi. z de⁹ nō pōt recedere a ꝟitate. qz est ipa ꝟitas. ꝫ pōt dispensare q⁹ furtū nō sit pctm̄. Inter oīa que disponūt hoiem necessariū est q⁹ seruet fidem z habeat veritatē in ꝓmone. Ūñ Seneca. Qui pdit fidē nō habet ampli⁹ q̄d perdat. Patet modo de isto mādato. Nō loq̄ris contra proximū tuū falsum testimoniū.

Postea subiūgit duo p̄cepta. Non cōcupisces rem primi tui. nec desiderabis vxorē eius. In quib⁹ duplicē concupiscentiam. scz oculoꝝ z carnis. phibet. que sunt fomēta oīum malorū. quia vis cōcupiscibilis infecta z corrupta corrumpit oīes alias aie vires Supius. phibet actus illicitus exterior cōtra primū cum ōr. Non occides. Nō mechaberis. Non furtū facies. Non loquaris ꝓtra primū tuū falsum testimoniū. Dic autē p̄hibetur act⁹ illicitus interior cum ōr. Non concupisces rem primi tui. nec desiderabis vxorē eius. Concupiscentia oculoꝝ siue cupiditas radix est omniū maloꝝ. ꝯcupiscētia carnis est fomes omniū peccatoruz. Et per istam duplicē concupiscentiaz fit transfusio omniū maloꝝ z peccatoꝝ. Et ideo lex diuina ipam. phibet. z in hoc omnia mala z omnia peccata. phibet. Hec est febris qua oēs filij adam febricitāt z generat oīa mala. In hoc igit̄. non occides. nō mechaberis. nō furtuz facies. nō loq̄ris ꝓtra primū tuū falsuz testimoniū. p̄cipit innocētia in actu exteriori. in alīs. non ꝯcupisces rem primi tui. nec desiderabis vxorē eius. p̄cipit innocētia in aīo. Et sic patz que sunt decē precepta. In trib⁹ primis p̄cipit recta ordinatio ad deum. i q̄rto recta ordinatio ad parentes. In sex alīs precipit recta ordinatio ad primū. Resumamus in summa ista decez p̄cepta q̄ sunt. Non habebis deos alienos cora me. Non assumes nomen di tui inuanū. Memento vt diē sabbati sanctifices. Honora p̄rem tuum z mr̄ez' rē. Intelligere dēm⁹ q̄ꝫ q̄dā di cant p̄cepta affirmatiua. z quedā negatiua. oīa tñ affirmatiōem z negatiōem in se cōtinent. Quando de⁹ prohibet aliq̄d in vno mandato. p̄cipit ꝓtrariū. z ecōuerso quādo aliquid p̄cipit prohibet contrariū eius. In ꝓmo em̄ mandato p̄cipit humilis adoratō diuine maiestatis. z prohibet idolatria. In secūdo precipit fidelis assertio diuine veritatis. z prohibet periurīū. In tertio p̄cipit deuota vel sincera dilectio diuine bonitatis z prohibet indeuotio In quarto precipit pietas ad parentes. z prohibet inhonoratio. In quinto p̄cipitur mansuetudo. z prohibetur iracundia. In sexto precipitur pudicicia. z prohibet mechia In septimo precipitur largitas. z prohibet furtum. In octauo precipit veritas. z prohibet mendaciuz. In nono precipit liberalitas cordis. et prohibetur concupiscētia rei temporalis. In decio precipitur castitas mentis. z prohibetur cō cupiscentia carnis. Vide q⁹ omnia mandata ꝓtinent affirmationē z negationē. z in oī p̄cepto est vita z bonū. mors z malū. Si facitis que precipit deus. z vitatis que prohibet. consequimini vitā z bonum. Sed si nō facitis que precipit deus. z nō vitatis que p̄hibet. incurretis mortē z malum. Ex legis obseruātia sequit̄ benedictio. Ex trāsgressione sequit̄ maledictio. Ex obseruātia legis efficit̄ homo reuerēs. fidelis. deuot⁹. pi⁹. mānsuetus. pudic⁹. largus. veridic⁹. ꝓꝛ̄ꝫ ꝓtēt⁹ siue liberalis. z corde impollutus. Ecōtrario ex trāsgressione legis efficit̄ hō idolatra blasphemus. indeuot⁹. impius. homicida. mechus siue adulter. fur. falsidicus. cupid⁹ z carnalis. Igit̄ obseruator legis z trāsgressor plus distant a se q̄ꝫ infernus z paradisus qz vnus est in centro. alius in circūferentia Nec deus celi aliud facere potest. qz iust⁹ est z se negare non potest. Videte modo qm̄ oīes hoies nō addiscūt sapiam nisi p flagella. z pter ℔ deus decem flagella. i. plagas misit sup̄ terrā egypti. Prima fuit sanguinis scōa rana. tertia multitudo cinifum. quarta multitudo muscaꝝ mordentiū. ſ. caninarum. q̄nta mortis pecoꝝ z iumētoꝝ. sexta vlcex siue vesicaꝝ turgentium. septima destructio bonoꝝ tpaliū p̄ grandinē. octaua locustarum. nona tenebraꝝ palpabiliuz. decima

mortis primogenitor. Modo videte quō spūssanctus flagellauit egyptios. z manuducebat ad obseruātiā mādator. sicz nos pro prijssime manuducit. Decē sunt legis transgressiones. z ſm ħ fuerūt decē plage Prima plaga sanguis q̄ percussi sunt idolatre. q̄a de ipis dicit ps. Effuderūt sanguinē innocētem sanguinē filioz suoz z filiarū suarū q̄s sacrificauerūt sculptilib⁹ chanaan Scōa plaga fuit ranarum qua percussi sūt blasphemiz piuri. q̄ cōparant ranis. Rana est aimal clamosum. z seipam clamādo ꝓsumit. Sic̄r facit homo qñ stabilitatem veritatis perdit

Tertia plaga ōr cynifum qua percussi sunt indeuoti q̄ nō custodierūt diē sabbati que ē dies deuotiōis. Cynifes sunt musce parue que valde inquietāt z vexant boies p oia loca. z maxime p os z nares. z tantā faciebant vexatiōem q̄ boies nullo mō poterant hr̄e quietē. Similit inq̄etant indeuoti In isto signo defecerūt magi pharaonis in signum q̄ inq̄etudinē cogitationū nō possum⁹ effugere nisi p deuotionem. Gregor⁹ vix vnam cogitationem tota die de terrenis habuit.

Quarta plaga est muscaz caninarū qua percussi sunt impij. qui habēt apud se muscas caninas. i. carnales z crudeles affectiones.

Quinta plaga fuit mortis iumentorum. qua percutiunt homicide. qz ois q̄ gladio occidit reus est mortis. z tales moriunt sicut iumenta. nec sunt digni diuina ꝓtectōe nec humana. quia q̄ aliū occidit seipsum interemit z brutalitatē suā nō sentit. Sexta plaga fuit vesicaz turgentiū. qua percutiunt adultери. q̄ habent vesicas turgētes. id est. carnē infectā. Vesice nascunt ex nimio humore faciente pruritū. z cū sentit homo pruritum scalpit se. sed postea dolet. Sic̄r qui luxuriat p̄mo delectat. postea dolet. Septima plaga fuit destructio bonoz tpaliū q̄ percutiunt fures. quia dignus est pdere sua q̄ aufert aliena. Ista fuit plaga grandinis q̄ oia destruxit. Mirabile est q̄ qui peccant pctō carnis recōciliant deo p confessionē sine illa psona cum qua peccāt. sed qui aliena rapiunt non reconciliant deo sine restitutiōe ablatorū si reddere possunt. Octaua plaga fuit locustarum que comedert omnē herbam virentem. Ista percutit mendaz qui dentib⁹ z labijs veritatē conculcat. Psalmista. Cor eorum vanū est. sepulcrū patens est guttur eorum. linguis suis dolose agebant. Nona plaga fuit tenebrarum. qua percutiunt cupidi z auari. quia nihil adeo excecat hominez sicut cupiditas. Unde. Exenia z dona excecant oculos sapientū z mutāt verba iustorū Cupiditas est sicut fumus fetidus qui totum excecat. Judas cupidus filiū dei vendidit. Salomon. Auaro nihil est sceleſti⁹. animam suā venalē habet. quoniā proiecit intima sua in vita sua. Decia plaga fuit mortis primogenitorum. qua percutiunt carnales Ista percussus est esau. Apostol⁹. Ne quis inter vos fornicator sicut Esau perdat primogenita sua. Carnalis cōcupiscētia abstulit nobis nobilē generatiōem. qua oīes nascemur innocētes z heredes paradisi. Eō cupiscentia carnalis facit nos nasci in mortem z cu pā. z facit nos pdere ius ꝑmogenіture. Quod figuratū est Genes. xlix. vbi dicitur q̄ ruben ꝑmogenitus iacob pdidit ius primogenіture quia ꝓcubuit cū ꝓcubina patris sui. z maculauit stratū eius. Et ioseph qui castissime vixit in egypto meruit esse ꝑnceps fratrū suorum. Patet modo q̄ omnes transgressores legis percutiuntur plagis istis Sed quis liberabit nos a plagis istis Certe vnus solus qui venit ꝓter istas plagas amouendas. scz christus qui decē pdescensiones fecit nobis contra decē plagas. Nō figurat⁹ in libro Regū vbi ōr. q̄ sol retrocessit decē gradib⁹ p q̄s signant decē ꝓdescensiones filij dei ad hoiem. Prima cōdescensio qua dñs ꝓdescendit boi est vsq̄ ad carnem hic est primus gradus quo retrocessit sol. Secunda ꝓdescensio ad mortalitatē nr̄am Tertia ad necessitatē nr̄am quia famē sitim z frigus passus est. Quarta ad paupertē nostram. qz egen⁹ factus est non habēs locum ad quē declinaret. Quinta vsq̄ ad tēptatoz qui ꝑmisit se tēptari in ħ portauit infirmitatem nr̄am. Aplus. Nō habemus pontificē qui nō possit cōpati infirmitatibus nostris temptatū aūt p oia zc. Sexta ad corpis lassitudinē z laborē. Septima vsq̄ ad mentis anxietatē. Marci. xiiij. Cepit Jhs pauere z tedere. z dixit tristis est aia mea vsq̄ ad mortem. Octaua ꝓdescensio fuit vsq̄ ad crucez z hoc fuit mirabile. Nona fuit vsq̄ ad mortem. Decima fuit ad carcerem infernalem. Iste sunt decē condescensiones quibus deus ꝓdescēdit hominib⁹ Et quare ꝓdescēdit ad carcerē infernalē. Certe vt in sanguie testamenti educeret vinctos de carcere et de

tenebris ⁊ de vmbra mortis. Christus eniz per sanguinez testamēti nos liberauit ⁊ eduxit de morte ad vitam. ⁊ de tenebris ad lucē. Debem⁹ igit̄ modo resurgere ad nouā vitā ⁊ sicut xp̄s resurrexit a mortuis. sic ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Christus liberauit nos de manu Pharaonis ⁊ introduxit nos in terrā repromissionis. ⁊ in signuz huius māducat̄ mō pasca. qꝛ mō liberati sum⁹ Et ideo debem⁹ celebrare pasca. debemus facere transitū ⁊ inchoare nouā vitā. ⁊ nō redire in egyptuz. Nullus sit falsus proditor. Ista tria sunt necessaria cuilibet penitenti. scz ꝙ displiceat sibi peccatū suuz. ⁊ parat⁹ sit cauere de peccato cū adiutorio spiritussancti. ⁊ ꝙ ꝑatus sit satisfacere ꝑ modulo possibilitatis sue. ⁊ ꝓponat nunq̄ꝫ peccatū iterare Ps̄. Multiplicate sunt infirmitates eoruz. postea accelerauerūt. Et hec est cōsummatio verboꝝ ꝑ que semꝑ ꝯformari debemus cum xp̄o ⁊ refici vt cū xp̄o ꝑueniam⁹ ad eternam refectiōem. Quā nobis ⁊ vobis p̄stare dignet̄ xp̄s filius dei Amen.

¶ Finiunt sermones de decem mandatis quos sanct⁹ Bonauentura de ordine fratꝝ minoꝝ parisi⁹ p̄dicauit ad clerum.

¶ Incipit libellus apologetic⁹. id est. excusatorius sancti Bonauēture.

Questio

Preter hoc ꝙ surripitꝫ clericis elemosinas que ip̄is darent̄ si vos nō essetis. cōquerunt̄ ꝙ detrahatis eis in ꝓpl'o. Et cōfundatis eos in p̄dicatiōibꝫ vestris. vicia eoꝝ ꝓpalādo Insuꝑ ꝙ suadeatis hoībꝫ ne cōfiteant̄ eis. Et ne dent eis oblatiōes ⁊ alia que deberēt cū ip̄i sint poti⁹ q̄ꝫ vos q̄ ꝑ aīabꝫ eoꝝ sunt rationē dn̄o reddituri.

Respōsio ad ista s̄m ordinem

Omnia q̄ ip̄is iure debent̄ in oblationibꝫ ⁊ decimis ⁊ aliis. vel de approbata eis ꝯsuetudine dari solēt a ꝓpl'o nos poti⁹ suadem⁹ eis dari q̄ꝫ impediamus imo hortamur ꝓpl'm eis ista nō subtrahere. nec in alios etiā pios vsus erogare. ⁊ ius suum cuiq̄ꝫ tribuere. etiā peccatori. Si aūt qn̄q̄ꝫ querūt ꝯsiliū vbi s̄m deū meli⁹ sit dare elemosynā ad quā nō tenēt̄ ex debito. Dicim⁹ libere ꝙ ibi sit meli⁹ vbi vel maior est īdigētia vel maior deo honor exhibet̄. ⁊ ip̄is dantibꝫ exinde efficaciora orōnū suffragia ꝓuenire credunt̄. vel q̄ ip̄oꝝ d̄uotio ad bn̄faciendū ꝑ deo feruenti⁹ inclinat̄. Ex aūt plebanis suis ꝯfiteant̄ vt debēt suadem⁹ etiā his qui nobis ꝯfessi fuerint vt agnoscāt eoꝝ cōsciētias q̄s regere debēt vt sciāt q̄bꝫ exhibere vel negare debeāt ecclesiastica sacramēta nisi forte tales sint aliq̄ a quibꝫ ꝓhibeant canones sacramēta req̄ri vt suspēsi ab officio. vel irregulares. vel ius ligādi ⁊ soluēdi non habētes. vel ꝑ q̄s aīe magis irretiunt̄ peccati laqueis q̄ꝫ purgent̄. de q̄bꝫ nō est nūc vlterius ꝓsequendū. Ex aūt detraham⁹ eis. ⁊ ꝯfundam⁹ eos in populo. nō oportet ꝙ nob̄ hoc imponāt singul'r. cū ip̄i nō abscondant scelera sua. Sz ꝑ facti euidentiā omnibꝫ ea ꝓpalent ⁊ nobis et̄ tacentibꝫ om̄ibꝫ ingerant inde materiā detrahēdi. Utinā nos soli ea sciremus. Utinā ita essent occulta eoꝝ peccata ꝙ nobis ea ꝓdere volentibꝫ nō crederet̄ ⁊ mendacij ⁊ detractōnis a populo arguere mur. Nūc aūt tāti ⁊ tā aꝑti sunt multorū excessus ꝙ layci arguūt nos cū alioꝝ vicia ī p̄dicatiōe tāgam⁹. q̄re tā enormia ⁊ aꝑta ⁊ mlta ⁊ magis nociua clericoꝝ scelera nō rep̄hēdam⁹. cū nō debeat ꝑsonaꝝ eē acceptio apd̄ veritatis doctorem. nec ꝑ timore vel fauore debeat aꝑtā v̄itatē tacere. ⁊ h̄ graui⁹ redarguere qd̄ est nociui⁹. ⁊ q̄ deus magis offenditur in quocūq̄ꝫ. Jn̄ est ꝙ ꝓpt̄ hoc cogimur interdū aliq̄d de clericoꝝ excessibꝫ tangere. ne putemur ex timore tacere. vel ex p̄uato fauore q̄si cū ipsis ꝯ laycos parit̄ ꝯspirauerimus ⁊ vt layci equanimi⁹ ferant si eos corripim⁹ videntes ꝙ nec clericis parcim⁹. et maxime vt veritas euāgelij seruetur. que omniū peccata detestat̄. ne aliter putarent simplices ꝙ peccata nō essent deo odibilia que nō audirent in clericis rep̄hendi. ⁊ stulte muliercule putarent non esse illicitum cū ipsis peccare sicut aliquibus earū notum est ab eis fuisse persuasum. Ex autē non nitamur eos in predicatōne cōfundere. nec populo eos odibiles reddere potest ex hoc patenter agnosci ꝙ multos eorum defectus scimus ⁊ dissimulamus. nec populo propalam⁹ expresse parcentes eisdē. Cum ⁊ si non in omnibus tamen in pluribus eoꝝ plures reperiantur per q̄s fierent despecti ꝓpl'o si vellem⁹ eos publice p̄dicare. ⁊ hos caute tacē⁹ his d̄ causis

Una ꝓpter pacē ⁊ reuerentiā cleri. ne laycos ꝓtra clericos ꝓuocem⁹ ad discordiā cū ꝓ pace clerici ⁊ etiā edificatōe ꝑpuli a deo⁹ a sede apostolica specialiter missi sumus.

Secūda q̄ nō possem⁹ tñ ꝓ hoc emendare eos. nec haberem⁹ alios meliores qui eis mox substituerenk si isti oīes qui sunt rep̄hensibiles abīcerenk. ⁊ est minus malū aliquo modo hr̄e istos q̄ nullos. maxime cuz ep̄i ⁊ prelati nō intenderent substituere meliores. Tertia q̄ deferimus in hoc bonis qui sunt inter eos. ⁊ si pauci sint qui cuz ceteris ꝓfunderenk. cū rudis popul⁹ sine discretione bonos ⁊ malos ꝑsequi inciperet ⁊ odire. Quarta ⁊ quasi ꝑcipua. ne si populus ꝑderet omnino fidē in clericis. heretici ī surgerent ⁊ attraherēt sibi populū q̄si oues destitutas pastoribꝫ. ⁊ facerent eos hereticos gloriātes q̄ nostro quasi testimonio tam viles essent clerici q̄ nullus eis obedire deberet. nec doctrinā eoꝝ curare. Oīs em̄ hereticoꝝ intentio ad hoc tēdit q̄ spreto clerico eis credat. ⁊ ad hoc nō conuenit nos iporum esse coopatores qui potius debem⁹ cōtra eos quasi lupos rapaces clerico ⁊ eccl'ie esse ꝓpugnatores. contra eoꝝ versutias populum p̄muniendo errores ipsoꝝ veritatis testimoniis ex scripturis autenticis ꝓfutando. Quinta q̄ lucra aīmaꝝ que querim⁹ melius ꝓmouem⁹ cum beniuolētia cleri ⁊ assensu. quos si indiscrete agendo exacerbaremus. cū nō possemus cōtra eos cōmuniter ꝓualere. ꝓhiberent nos animabꝫ ꝑdesse predicando ⁊ ꝓfessiōes audiendo. Et sic salus multarū aīmaꝝ impediret ⁊ fieret q̄ scissio in ecclesia. dū clerici nos quasi reprobos ꝑsequi inciperēt. ⁊ laycī aut nobis aut ipis fauentes alteros despicerēt ⁊ eis credere recusarent. Et cū nō possemus eos qui nob̄ fauerunt defendere a clero quin eos nobiscū ꝑsequerenk ⁊ excōmunicarēt. tandē omnes nos desererēt. ⁊ ex odio nostri doctrinā nostram clerici infamarēt. ⁊ sic hereticis q̄ modo nos timent aditus ad subuersionē fidelium sine ꝓtradictiōe pateret. sicut lupis vbi canes nō metuūt ⁊ pastores sūt desides datur audacia oues inuadēdi. Nisi em̄ essent isti ordines in eccl'ia q̄ ex officio p̄dicatōis ⁊ ꝓfessionis fideles illumiat. cito plurimi efficerenk heretici in his terris. vbi tā pauci inueniunk clerici in sacra scriptura periti cum nescirent hereticoꝝ versutijs obuiare. Imo ipi clerici cito ab hereticis subuerterenk ꝑ callidas expositōes scripture in quibus ne scirent eoꝝ deꝑhendere fallacias. vel ꝑ promissiones seducerēt eos spōdentes q̄ magni fierent inter ipos. Et cū laycos attraherēt clerici. etiā potius adhererent eis q̄ soli relicti perirēt inopia. cū null⁹ curaret eos nec darēt eis oblatiōes vel decimas. aut certe ꝑsecuti oniby eoꝝ exterminarenk cum tā haberēt laicos adiutores cōtra clerū. sicut modo clerici hereticos ꝑsequunk. His ergo de causis ⁊ alijs vt multa mala vitent vtil⁹ iudicamus tacere quedā mala clericoꝝ q̄ ꝓ loꝑdere vbi sine scandalo possumus euitare vt sunt ista. Oñcūq̄ bz plures ecclesias curam aīmaꝝ habētes sine dispensatōe apostolica oīes vacāt ipo iure ꝓter vltimam. ⁊ nullū ius habet in alijs ligandi vl' soluendi nec eius vicarius. nec aliquos inde reddit⁹ ꝓcipiendi Itē illegitime natus nullū ius habet in beneficio curā aīmaꝝ habente.

Itē qui recipit ecclesiā ꝑ quācunq̄ symoniam. Itē qui recipit ecclesiā ab eo q̄ non habet ver ius cōferendi eam Omnis notorius fornicator cui⁹ criminis testis ē populus. iure taxatus. siue in domo sua teneat fornicariā siue extra. vel vnaz habeat vl' plures. est ipo iure suspēsus ab officio ita q̄ subditi nō debent el⁹ missam audire. nec cōfiteri ei. nec alia ab eo sacramēta recipe. nec potest eos excōmunicare nec absoluere. Item si suspensus celebrat ⁊ officiat eccl'iam. vel q̄cunq̄ excōmunicatōe ligatus seu recipit ordinez clericalē aut ī eo solēniter ministrauit factus est irregularis. ⁊ non potest exercere officiū clericale. etiā si tā fornicari cessauit vl' ab excōmunicatiōe absolutus fuerit. nisi cū eo sup̄ irregularitate cōtracta ꝑ sedē apostolicam dispēsēt. maxime si a iudice suspensionis sn̄ia fuit lata Omōi aūt sn̄ie iā sepe ferūtur ī clericos ab officialibꝫ ⁊ archidiaconis ⁊ iudicibꝫ ordinarijs vl' delegatis. ⁊ paz curāt a multis. Videm⁹ ī terris istis tot esse impios tā clericos ī his q̄ ad regimē ptinent aīaꝝ. ꝛ forte ī grāmatica vl' alia scia sint instructi. q̄ vbi centū vl' pl'es plebani ⁊ vicarij ꝓueniūt vix pauci sint q̄ ꝛe sciāt anias suas vel alia q̄ ad salutē sunt necessaria in his ꝑ scripturaz sciaz expedire. Et talibꝫ impijs nō deberēt eoꝝ subditi confiteri. ꝓpter periculuz ne forte ex ignorantia relinquāt eos in statu damnatiōis docēdo nō esse pcm̄ qō est mortale

peccatū.aut nō ostendēdo formā debitam satisfactionis de peccato confesso. vbi certa forma satisfactiōis est necessaria.vt de restitutionib⁹ rer⁹ illicite acq̄sitar⁹.certis locis vel psonis vel heredib⁹ faciēdis vbi m'ti seducunt. Scim⁹ etiā q̄ q̄ sciēter ī mortali peccato positus celebrat missam.qualibet vice mortalit̄ z grauit̄ peccat.z quantū in ipo est rursum christū crucifigit quē p denarijs q̄s sibi sperat offerri.z illicite z indigne contrectat. Qui ergo offert ei quē talē esse p̄sumit vel scit z rogat eū missam celebrare. facit eū christo tantā inferre ꝓtumeliā vt eum indigne cōtrectet z peccat mortaliter. Sed q̄ facit aliquē peccare mortaliter.ipe peccat.vbi ignorantia nō excusat.z p̄m ista si nullus offerret vel audiret missas eor⁹ qui illicite celebrant.cessarēt a celebratiōe vel corrigerent vitā suam.z sic multa peccata obmitterent. Multi etiā inordinate excōmunicātes incidunt penā suspēsionis z irregularitatis et p alios act⁹ plures inobedientie merent suspendi ab officio .z ineficax fit eor⁹ auctoritas in subditos suos. Scim⁹ etiā q̄ qui est in peccato mortali cū sibi deus iratus sit nō placat eū ꝑ alio peccatore. Ergo oratio clerici in peccato positi ineficax est sibi z alio qui offerūt ei elemosynas vt oret p illis.

Itē cleric⁹ lubricus van⁹ z male expēdēs res eccl'ie. quo plura habuerit plus peccat. Sz qui illi dant oblatiōes z alia.p̄mouent eū ad ampli⁹ peccandū. expedit q̄ ei nō dari.

Itē qui recipit p̄cium opis alicui⁹ z non deseruit.male recipit. Sz clericus habēs curam aiāz z nō faciēs que debz eisdē in doctrina salutis z bono exēplo z efficaci orōne z debita correctiōe.z in alijs.peccat recipiendo stipēdia eccl'iastica. que nō deseruit vt debet. Ergo nō deberēt ei dari.ne daret occasio peccati. Qz pauciss̄imi aūt in terr̄ istis iam repiant q̄ debito modo p̄sint animab⁹ cōmissis.nimis est miserabile q̄ aut ex defectu iuris aut sciētie aut vite aut diligētie circa eas.aut libere executōnis officij sui nihil habeāt rep̄hēsibile. z q̄ eos tali officio reddat indignos. Quomō vero tota eccl'esia p mala exempla clericor⁹ z auaricia corrumpatur z negligentia deformet z a statu debito elonget z quanta ex hoc quotidie peccata increscant.z quot bona negligant p mundū. que viz aliqs sufficit estimare. Hec z plura alia cū vera esse scimus, z tamen ea populo nō apte p̄dicemus.nō debem⁹ a clero iudicari q̄ cōfusioni eor⁹ intendam⁹.z eos populo studeam⁹ odibiles facere. sz magis si haberent intelligentiā agnoscerēt q̄ntuz eos honoram⁹ z deferimus talia subticēdo ꝓpt̄ causas supra notatas. Ideo tamē securius ista dissimulam⁹ q̄ nec clericor⁹ nec laicor⁹ cura nobis cōmissa est vt de ip̄is teneamur reddere rōnem sic̄ p̄lati ipsor⁹ ad quos spectat eorū correctio.nisi inquantū ex libera charitate p̄sideram⁹ eis p̄desse. Unde possumus tacere z loqui que p̄m deū z nobis z alijs expedire videmus cuz nihil a nobis amplius requirat. Vicia aūt laicorū liberius arguimus.quia z patient⁹ sustinēt z nesciunt litteras quib⁹ instruant q̄ quid debeant cauere vel facere.z min⁹ periculū sequit̄ si eorum in publico ꝓpalent excessus z facilius emēdentur. Clericis aūt possum⁹ in capitulis suis oīa pericula sua in sermonib⁹ litteralib⁹ seorsum ostēdere cū reuerentia charitat̄ z maturitate benigna.et sic magis ꝓficim⁹ apud eos. Q. // Cū ergo non sitis iudices clericor⁹ vel laicorū. nec ad vos spectet eos redarguere vl' corrigere.sed ad suos tm̄ rectores.quid vsurpat̄ vobis iuris. etiā si cause p̄dicte nō essent vt alicui⁹ vicia publice rep̄hendatis.sicut sepe tangitis in p̄dicatiōe vicia quorūlibet laicor⁹ clericor⁹ z religiosorū. cum p̄dicator nō debeat arguēdo descendere ad species peccator⁹.sed in genere solū oīa dere vicia z virtutes. z nullum notabilit̄ cōfūdere corā populo peccata sua publice obiurgando alijs in scandalum. R. Intelligentib⁹ cōstat q̄ multū differūt actio iudicis z doctoris. Judex enim ad quem spectat correctio delinquentiū subditorum.debet inuestigare.excessus delinquentiū audire.testes recipere.peccantez citare. crimina contra ip̄m ꝓposita ei obijcere. negantē conuincere.conuictū vel cōfessum punire.cōtumacem ampli⁹ vt magis terreat artare z cogere ad satisfactionē.etiā inuitū. Cum ergo formā istā o'mino nō teneam⁹ in p̄dicando. nō vsurpam⁹ nec iudicis officiū iudicantis sup aliquē.sz imitamur tm̄ formā doctoris. Doctor em̄ seu p̄dicator q̄ diuersi generis auditores dz instruere vt fructes magz reddat p̄mēdabiles necessarias ad salutē.vicia his opposita q̄s sint nociua z detestabilia oīdit. Et quibusdā generib⁹ boium quedam vicia sunt magis vsitata, vt mercatoribus

fraus z mendacia. militibꝫ rapina z incēdia z ita de alijs necesse est q; ꝓpter generalem instructionē qlibet gen⁹ hominū specialit̄ arguat z moneat sibi speciali⁹ insidiātia vicia cauere. sicut medic⁹ egros diuersis infirmitibꝫ laborātes docet a sibi magis noxijs cibis z alijs abstinere. Nihil enī ꝓdesset infirmis si diceret. cauete ab oīmbꝫ cibis nociuis generaliter nisi specificarz in qualibet passione quid illi speciali⁹ noxiū esset. aut ꝓficuū sanitati. Q. aūt ōr q; p̄dicator debeat ī genere oīes arguere peccātes z nō descēdere ad spēs. hoc est intelligendū de notabili specificatione p̄sonarꝫ nō vicioꝝ vel statuū vel officiorum que nō possunt ꝑprie describi sine expressione officij vel stat⁹ illoꝝ qui in ꝫ speciali offendere ꝓsueuerūt. Potest em̄ sic ꝓgrue generalit̄ dici. vos artifices peccatis frequēter in hoc. z vos milites in hoc. z vos religiosi in isto. vos clerici in illo. z sic ō alijs si sunt ibi plures de quolibet genere illoruz ad q̄s loquit̄. siue null⁹ vt q̄sq; sibi ꝓscius talis peccati cōpungat̄ z in se ꝓfundat̄. z null⁹ specialiter notabilis de hoc reddat quē facti euidentia alias nō facit notabilē. vel qui seip̄m nō p̄dit esse reū sibi ascribendo specialiter cū murmure. qō generaliter dictū constat iuxta illud poete. Conscī⁹ ipe sui ō se putat oīa dici. Correctioni em̄ z edificationi tm̄ debet intēdere doctor fidelis. nō cōfusioni vel infamationi alicui⁹ p̄sentis vel absentis. Ubicūq; ḡ p̄sumit̄ q; aliquis specialiter de pctō p̄i⁹ incognito alīj. ex p̄dicatōe reddatur notabilis. vñ potest oriri grauamē vl scandalū. meli⁹ est tacere z alia edificatoria magis loqui. Qui ꝫo facere ꝓsuevit ꝓtrarium. aut ꝓtētiosum. aut inuidū. aut imprudētem se demōstrat. aut vane glorie cupidum. q; cū nō aliūde esset accept⁹ apud homines. ex alioꝝ infamia gl'iam sibi querit. Quē cōfundendo exaspas. hūc tardi⁹ edificas. ranc oris aculeo vulneras. Q. Cū in p̄dicatione z ꝓfessione audiēda multa sit discretio necessaria z peritia scripturarꝫ. quare ad hec officia tā iuuenes vt videt z immaturos p̄mouet⁹. q; z sibi z alijs aliqñ minus p̄sūt. et fortasse etiā obsunt. cū in clericis alijs ꝫ rep̄hendere soleatis aiarꝫ rectoribꝫ. R. Licet em̄ aliqñ q; iunior litteratior sit z magis discret⁹ sit q̄s senior. z facies iuuenilis sepius maiorē celet etatē. z morꝫ maturitas etatis defectū suppleat. in pleriscq; tm̄ etiā ꝓpter hoc aliquotiēs ad hec officia p̄mouem⁹ iuniores vt interim discāt p exercitiū. qz cū vident se ad ꝫ officia assumptos. diligenti⁹ studeant. q; alias forte segniores essent in studēdo z minus ꝑficerent. Dīn⁹ etiā obest si min⁹ ad huc ꝑfecti sī dū viuūt adhuc seniores q; eos p̄nt informare z corrigere z defectus illoꝝ ī ꝓsilijs supplere. q̄s si illi deficerēt penitus z nemo eos tūc sciret instruere si tūc p̄mo exercitari deberēt. Tot etiā sunt redārētes a nobis p̄dicatiōes z ꝓfessiones z cōsilia q; seniores nō sufficiūt omnibꝫ satisfacere. iō oportet nos de iunioribꝫ aliqs qui sperant ido/neī p̄mouere qui on⁹ senioꝝ subleuēt. et petentibꝫ satisfaciāt put sciūt. Quis nullū scienter p̄moueam⁹ quē nō sperem⁹ idoneum Tamē aliqñ aliqs ꝓter voluntatē nostram min⁹ efficit vtilis. qz multa sunt que ad idoneitatē tāti officij requirunt. z satis est difficile hec oīmia simul in omnibꝫ reperiri. Q. Que sunt ergo necessaria illi qui ad p̄dicationis z ꝓfessionis officiū est assumēdus. R. Ut ad hoc sit idoneus p̄ter abilitatem illā quā cōfert gr̄a. que etiā est efficacioz omnibꝫ. que nō in nostra potestate ꝓsistunt sed in bn̄placito dei singulis put vult dona sua diuidēs. ista ꝓsiderare in p̄mouendis solem⁹ ad hec officia. Primo q; sit cōpetentis etatis. nō multū a triceſimo distans anno. qz que fiūt a pueris puerilia reputātur.

Secūdo q; nō sit etiā facie z moribꝫ puerilis. qz ista multū minuūt auctoritatē apō homies tā dictoꝝ q̄s factoꝝ. Tertio q; nō sit valde notabiliter deformis in corpe. vide licet nimis brevis. vel crassus. vel gibꝫ. vel aliter turpiter deformat⁹. ne p̄ hoc eius p̄dicatio despectui z risui haberet. Quarto q; non sit etiā valde debilis corpe cū ex hoc labores hui⁹ officij exequi viriliter non valeret. Quinto q; sit cōpetētis facūdie. vt possit ea que debet. ꝓponere sine fastidio auditorum. Sexto q; sit saltē in grāmatica z sacra scriptura tam sufficiēter instruct⁹ q; sine errore vel cōfusione sciat coram populo z cleroꝓponere veritatē. z in ꝓsilijs cōpetēter satisfacere requirētibꝫ de causis necessarijs. z in cōfessione de penitētijs iniūgēdis imponendis. Septimo q; sit talis in vita z in moribꝫ q; de ipō z fratres interius z alij exterius nihil videāt vel audiāt p q̄ doctrina p̄dicationis ei⁹ apud audiētes q̄quo modo vilescat. Ā cui⁹ vita despicit. restat vt eius

etiã ꝑdicatio ꝓtẽnat Octauo q etiã natu
rali tm polleat industria q ꝑ fatuã simplici
tatẽ nõ reddat ꝓtẽptibile qõ ꝑ acqsitã sciam
apprehẽdit vt sciat se honeste gerere inter ho
mines z prudẽter in oibꝫ se hr̃e. Nono q
nõ sit min⁹ ad ℔ volũtari⁹ vt si ad ℔ motu ꝑ
prio nõ trabit saltẽ ꝓpter obediẽtie bonũ ꝑ
timoꝝ saluti intẽdere ꝑdicãdo ꝓsulẽdo z cõ
fessiões audiẽdo z alios edificãdo nõ ꝓtẽtio
se recuset. Gregoꝛi⁹. Qõ mẽs volũtarie ñ re
cipit. ꝓgrue nõ disponit. Sic multi scrõꝝ of
ficiũ q̃ ꝑdesse debebãt ꝓtimis. humilit refu
giebãt. z tñ ad ℔ tracti ꝑ obediẽtiam solicite
adimplebãt vt moyses hieremias z alij plu
res noui z veterꝫ testamẽti doctoꝛes Dis
donis ornato si gr̃a affuerit ꝑt z dz imponi
officiũ ꝑdicatiõis ꝓfessiõis in ordine vbi fu
erit necessariũ. Qui ꝓo alios nõ idoneos ꝑ
ꝑuata societate ꝓmouẽt. ordini ꝓfusionem z
aiab⁹ nocumẽtũ z ipis ꝓmotꝫ detrimẽtũ z si
bimet culpã nõ puã ꝓcurãt. cũ negligẽtie i/
utiliũ z impitoꝝ tã in ꝓsilijs incautꝫ q̃ i ab/
solutiõibꝫ inefficacibꝫ z i alijs nocumẽtꝫ aia
rum ab eis q̃ tales ꝓmouẽt merito req̃rant
Tales em̃ i multꝫ sepe possunt offendere vl̃
scãdalizare. dũ nõ dicẽda pl̃o ꝑdicãt. vl̃ fal/
sa docẽdo errorẽ inducũt. vl̃ aliꝫ forte min⁹
cõposite se habẽdo. Itẽ in ꝓfessione forte ne
sciũt ꝓficẽtes debito mõ instruere. nec inter
pcã grauia z leuia distinguere. z aut faciũt
ex nimio rigore despare. aut cuꝫ adhuc i sta/
tu dãnatiõis sunt dant eis spem ꝺ salutiõe
z indulgẽt eis corp⁹ dñi recipe. Et maxie cir
ca rez iniustaꝝ acqsitiõꝝ vel restitutiõꝝ multi
seducunt. dũ nõ informãt q̃ sit iniusta ꝓqui
sitio. vel q̃liter pure restituãt q̃bꝫ debẽt. Ex
moribꝫ etiã q̃rundã z vita ꝑdicantiũ vilescit
sepe doctrina ꝺboꝝ. dũ alta docẽt ꝺbo ꝑdi/
catiõis. sꝫ min⁹ edificatoria oñdunt exẽplo
actiõis. Ũñ diligẽti examinatõne indiget q̃
debꝫ esse doctoꝛ i medicina corpoꝝ. Ita mꝛ
ta ꝓsideratõe op⁹ est si sit idone⁹ q̃ dz esse do
ctoꝛ z medic⁹ aiaꝝ. cũ sint subtiliores z picu
losiores z incurabiliores morbi pctõꝝ. q̃ pas
siones corpaliũ infirmitatũ. Illi ꝺo q̃ se
ad ℔ officia impudent ingerũt indignãtes
si ad ea tardi⁹ ꝓmouent q̃ sint imprudẽtes
ppẽdere nolũt aut nesciũt z eoipso se ad hoc
oñdũt z reddũt indignos. Nam si digni fue
rint z idonei nõ debẽt se ad hoc ingerere sꝫ
modeste expectare q̃sq̃ ꝑ inspiratiõem dei
a plat̃is suis z fratribꝫ ad ℔ suo tpe assumãt

Si aũt indigni vel nõdũ idonei. tunc si
se ingerũt. Primo quidẽ temerariꝫ sũt q añ
q̃ vocent ad tm̃ officium currere ꝑsumunt
Niere. Ipi currebãt cũ ego nõ mitterẽ eos
sꝫ ꝑdicare. Roꝝ. Quõ ꝑdicabũt nisi mittãt
Heb. Nec quisq̃ sumit sibi honorẽ sꝫ q̃ vo/
cat a deo tãq̃ aaron ꝛc. Christ⁹ dic̃ Joh. Ne
q̃ em̃ a meipo veni sꝫ ille me misit. s. pater.
Secũdo supbi qꝛ seipos reputãt dignos
z idoneos. ad qõ forte nec de⁹ nec fratres vl̃
plati sui iudicãt eos idoneos. sicut chore q̃
voluit sibi sacerdotium vẽdicare Tertio
stulti. qꝛ cũ talia officia sint occasio tẽptatõis
p inanẽ gl̃iam. auariciã. luxuriã. noxiã liber
tatẽ z interne deuotiõis extinctionẽ. et alia
plura pricula q ipi met se talibꝫ incaute inge
runt. nimis stulte se tãtis priculis sine neces/
sitate exponũt. cũ fugere magꝫ deberẽt a pe/
riculo q̃ illud appetere. nesciẽtes q̃ exitu bel
lum qõ sibi cõcitant finiat Quarto nõ ca
rent rancore inuidie. vel ꝓtra eos q̃ ad ℔ offi
cia eos ꝓmouere possunt z nõ faciũt. vl̃ qui
forte impediuerũt. iputãtes illoꝝ malinole
tie magis q̃ sue insufficiẽtie. q nõ ꝓmouent
cũ ipi sibi videant ad ℔ dignioꝛes q̃ illi vl̃ il
li quos vidẽt iã ꝓmotos esse. q̃bꝫ in scientia
z alijs se reputãt aptioꝛes. Q. Cũ pru
dentũ sit nõ leuiter retractare q̃ faciũt sꝫ añ
diligẽter deliberare faciẽda. ne postea opoꝛ
teat reuocare. z vos toties mutetis ꝑlatos
ordinis. videmi aut incõsiderate cõstituere
inutiles ad tm̃ officiũ. aut sine rõe vtiles de
icere. qõ est signũ incõstantie z ipatiẽtie. q ñ
possitis pati rectoꝛes idoneos q̃s iniurioꝛse
abijciꝫ. aut q in officio ita puersi fiãt q me/
rito nõ debeãt in eo diuti⁹ tolerari. aut q taꝫ
paucos habeatis in ordine ꝑ officio regimi
nis idoneos q sp̃ritis meliores. R.
Hic supra de officijs z ꝓfessiõibꝫ dictum
est plẽs ꝓditiões ad ℔ fore necessaria. ita de
officio regimis aiaꝝ est tenẽdũ. Requrit em̃
in ꝑlato etatꝫ maturitas. Honesta admodũ
psonalitas. Vite irrepbẽsibilitas. Quarto
q nõ sit idiota in lr̃aꝝ scia. Quinto q sit di/
scret⁹ z prud⁹ ex naturali industria. Sexto
q sit zelatoꝛ iusticie z ordis discipline. Se/
ptimo q sit tractabil' ꝑ mãsuetudis lenita/
tẽ. Octauo q sic cõpassiu⁹ pietate fraterna
Nono q sit deuot⁹ hñs orõis vsuz z fiduci/
aliter agẽs cũ deo. Decimo ex gustu interne
dulcedis ei⁹ z exprimẽto crebꝛe exauditiõis.
q sp in officio esse se doleat. z tñ cũ ad ℔ com

pellik eq̃ nimiē illud ferat. nec ꝓpt̄ ℔ vt citius absoluak ab officio. negligēt⁹ in eo se gerat. Undecimo q̃ corpis imbecillitate a cōis vite obſuātia nō oino ipediak. Iste ꝺditōes sik oīs ī paucis repiunk. iō paucos stabiles in officio possum⁹ bñe ꝑlatos. Dū aut nimis sūt corpe debiles ꝑ talib⁹ laboribꝫ ꝛ solicitu dinib⁹ sufferēdis. Aut nimis iuolūtarīj ꝑti more ꝺscie dū sp timēt min⁹ q̃ debeāt facere Aut in exterioribꝫ puisiōib⁹ min⁹ triti. Aut mores eoꝝ in aliq̃ fratribꝫ displicēt vl̄ min⁹ placēt. Aut forte in alio loco vel officio vtili ores sunt q̄dā ꝓpt̄ ista sepe mutāk ꝑlati. Bonum est etiā ꝓpter ℔ ne fiāt aliq̃ insolentes si scirēt se in dñio ꝑmāsuros diu. vt sic in humilitate fuenk. ꝛ subditi q̄b forte q̃is esset eoꝝ alicui⁹ ꝑlatio. de spe facilis absolutiōis ei⁹ ꝺsolenk. Sūt etiā q̄dā boni subditi sꝫ inutiles ꝑ ꝑlatꝫ. iō deponunk. Q. Cur āt totiēs mutatꝫ frēs aliq̃s de loco ad locum. Suspectū em̄ videk q̃si aliq̄d crimē ibi ꝺmiserint vñ mutāk. Vel q̃i ex impatiētia sua vl̄ alioꝝ nō possint ibi manere. Vl̄ ex rancore nō ꝑmittat eū ꝑlat⁹ ibi stare vbi diligit ꝛ ꝺsolak esse. R. Vix aliq̄d fit tā pure q̄n possit ab aliq̃ sinistre interꝑtari quasi male fiat. Sꝫ bonū nō iō malū est si illō mali seu stulti dicūt malū. Sūt autē pl̄es cause q̃re frēs de loco ad locū mutank. Aliq̃n ꝺsolatio e⁹ q̄ mutāk q̄ sic peruit. Aliq̃n ꝺsolatio ipoꝝ ad q̃s mittik q̄ ℔ peruerūt diligētes eū ꝑ bōa ꝺuersatiōe vl̄ vtilitate. Aliq̃n fortitan q̄ alibi magꝫ necessari⁹ est ꝛ vtil̄ ꝑ ꝓdicatōe ꝛ ꝺfessione vl̄ alio officio dom⁹ illi⁹. Aliq̃n ꝑ maiore spūs ei⁹ q̄rere. q̄ ibi min⁹a pētib⁹ ꝛ alijs requirētib⁹ infestāk. Aliq̃n ꝑ cōi recreatiōe. q̄ aer vel victualia pl⁹ ibi cōpetūt ei vl̄ supetūt ꝑ indigētia sua. Aliq̃n q̄ in vno loco habet aliq̄s tēptatōis alicui⁹ materiā quā nō hꝫ ī alio. Posset etiā aliq̃n accidere q̄ aliq̄s deliquisset ī vno loco q̄ ꝑ sopiēdo scādalo expediret eū mutari ī aliū locū. Silr possꝫ aliq̄s ita esse distort⁹ moribꝫ. vl̄ ex aliq̃ corpis q̃litate onerosus q̄ ꝑ ptitōe onerꝫ alijs trāsmitteret ad tps vt alij interim ab eo releuarenk sic⁹ ab vno humero ī aliū cōmutāk. Valet etiā ad ℔ maxie talis mutatio vt frēs scōm regulā agnoscāt se pegrinos ꝛ aduenas ī ℔ mūdo. nō hñtes ℔ manentē ciuitatē ꝛ sempeternā patriā inq̄rētes. Si em̄ in vno loco diu stare deberēt q̄dā nimias ibi ꝺtraherēt cū extraneis cū potētib⁹ cū femis amicicias corpis cōmoda ꝓcurarent. sumptuosa edificia ꝺstruerēt. ꝛ cū ibi q̃si notiores magꝫ viderenk esse necessarij tāto vellēt esse sup ceteros potētiores. ita vt nec ꝑlati auderēt sine ipsis in domo aliq̄d ordinare. ꝛ veluti q̄dam diuturnitatꝫ ꝑscriptōe stabiliti vix eq̃ aio ferrēt si vellēt eos ꝑ aliqua cā mutare. etiā si oīmodis expediret. Ut g̃ puritas pauptatꝫ ꝛ obedietie meli⁹ obſuek in ordine. ꝛ mala plima ꝓcaueank expedit fratribꝫ aliq̃n a loco mutari. Q. Cū poti⁹ deberetꝫ diligere religiosi ꝛ boni apd̄ vos essent vicini q̃m seculares ꝛ insolētes layci q̃re impeditꝫ aliq̃n etiam ꝑ ꝓuilegiū papale alios religiosos circa vestrā habitatōez sibi māsionē ꝺstruere nisi q̄ videk inuidia esse in cā. R. Nō ꝑ inuidia ꝙ poti⁹ ꝑ pace ꝓuilegiū ℔ a sede apostolica datū agnoscik. ꝛ ob eandē cām pacꝫ eo vtimur cū nō tā nob q̃ etiā alijs possit aliter in posteꝝ turbatio ꝛ materia scādali suboriri.

Si em̄ aliq̃n necesse foret eis vel nobis areas nr̄as ampliare nō possem⁹ cū alij ꝓres eas iā occupassent. Si aūt aliq̄ arete ī ter nos ꝛ illos essent medie cū vtriq̃ eas certatim ꝓoccupare ꝺsiderarēt. ex auaricia sua vēditores eaꝝ vix ꝑ triplicato ꝓcio eas darent. Vel si forte paupes essent possessores eaꝝ. aliq̄s diues auar⁹ eas ꝑemeret. vt nob eas postea charissime vēderet. videns nos ipis necessarie idigere. Itē forte cōueniret eis vl̄ nob officinas nr̄as ꝓpter situꝫ loci aliq̃n sic ordinare q̄ essent alijs ꝑ magno incō modo ꝛ freq̃nti cordiū turbatōe. vt si chor⁹ ipoꝝ poneret apud locū infirmoꝝ nr̄oꝝ. vl̄ alit̄ q̃libet mō. videlicz latrina. coquina. dormitoriū. refectoriū. capitulū. dom⁹ hospituꝫ q̄ ꝓpt̄ pacē ifirmoꝝ cordiū magꝫ expedit nos esse longi⁹ segregatos. Posset etiā q̃nq̄ diuinū officiū apd̄ alterutros ipediri si oratoria nimis essent ꝓtigua cāru suo mutuo se ī pediētib⁹. Idē posset fieri ꝺ ꝓdicatōne. cum vtrobiq̄ forte ꝑ causa aliq̃ ꝓdicare ꝓtigeret.

Si etiā alloq̄s q̃nq̄ ꝺsiterek apd̄ illos ꝛ placeret ei etiā alicui⁹ apud nos cōsiliū reqrere. aut nō auderꝫ facere ℔. timēs q̄ ꝑ ꝺfessor indignarek q̃si nō sufficeret ei ꝑ ꝺfessore dū q̃reret aliū. aut forte putarek velle exporare q̄d ille vel ille ꝺsuleret. ꝛ inde q̃rere materiam detrahēdi. Si q̄ etiā magis frequentarent illos q̄ istos ī officio diuino vel ī alijs. viderenk alios min⁹ diligere ꝛ fierꝫ materia murmurandi. Infirmis em̄ cordib⁹ ex leui

occasione plꝰ infirmādi materia ministrak. z
iō necesse est vt pcaueank talia q̄ ipis noceāt
z alios scādalizāt ne postea emēdari nō va/
leat qō in pncipio facilꝰ pcauek. Utilꝰ eti
am est hoibꝫ ciuitatꝫ vbi frēs morank q̄ di/
uersis locis a se disiunctꝫ eis religiosi morēk
q̄s q̄ in vno angulo plures manerētz alia ps
inanis remaneat. p q̄z vicinitatē possent spi
ritualiter ꝓsolari. Q. si forte tales forēt re
ligiosi q̄ apud nos habitare vellēt p q̄s nō
edificarēk fideles ꝫ potiꝰ scandalizarentur.
tūc oīno expedit q̄ non sint nobis vicini. ne
forte ipoz insolētie nobis aliq̄n ascriberenk
aut nescirek an ad eos vel ad nos latenk in/
trarēt psōe suspecte. aut certe ipoz dissolutō
fieret aliq̄n nouicꝫs nīs tēptatōis occasio. l̄
etiā alīs cā inq̄etudinis z impedimētū ī stu
dio spūali. Si aūt q̄dā infirmi aliq̄n do/
lerent cū forte viderēt alīs religiosis largio
res elemosynas dari q̄s sibi. z ex hac inuidia
torq̄renk de vicinitate illoz. hoc nec proba/
mus nec oīno negam⁹. ꝫ nō est nr̄a intentio
pter ꝟ p̄dicto vti p̄uilegio ꝫ potiꝰ ppt̄ causas
ā positas. z si que alie possunt rōnabiles i/
ueniri Q. Cū vnicuiq̄ liberū sit vestes
suā formare. put vult. z de pāno seu colore q̄
liber. videm⁹ valde iniuriari q̄busdā religi/
osis viris vel feminis. phibēdo ne deferant
vestes in colore vel forma habitui vestro cō
formes R. Multis de causis habituz
nostꝝ alios ferre nō sustinem⁹. z p p̄uilegiū
ap̄licū oibꝫ inhibem⁹. Una cā q̄ cū sim⁹ ex
pfessiōe regule mēdicantes. si sub nostro ha
bitu diuersi hinc inde mēdicarēt hoies q̄ iā
illis elemosynā dedissent. z nos vel alī in si
mili habitu itez supuenirēt. putarēt q̄ idez
ex auaricia itez peteret z scandalizarenk de
ipis vel de nobis q̄ nimis eos petēdo gua
remus Itē cū putarēt nob dedisse q̄d ali/
is nobis sil̄ibꝫ dederūt. q̄ inter habit⁹ nesci/
rent discernere recusarēt nob itez dare ele/
mosynā. z sic nihil acq̄rere possem⁹ z pirem⁹
Itē cū multi intelligerēt q̄ hoies magis
diligerēt nos z libenti⁹ nobis subuenirēt q̄s
alīs. sub habitu nr̄o p terras discurrerēt. et
q̄d nob dandū esset ipi p̄riperent fraudulēt
z peccarēt. z nos fraudaremur z hoies gra/
uarenk Alia causa q̄ cū p edificatōe eccie
specialiter missi sim⁹. si sub nostro hītu aliuꝰ
aliquo pctō scandalizaret hoies. vt nos tali
ter infamaret vel suā sic nequiciā ꝓtegerz cū
reiecto habitu nostro nō agnosceret. ꝫ frat
ordinis nostri putarek ꝟ fecisse. eccl̄ia nō ha
beret de nob edificatōem ꝫ scandalū. z nos
frequētes extinde ꝓfusiones pateremur. cuz
multa sil̄ia attēptarēt. sic cōperim⁹ aliq̄tiens
esse factū. Itē posset hereticꝰ aliq̄s ꝟ no/
stro habitu in locis oportunis docere here
sim vt sic ei q̄si pbato fratri ordis nostri cre
derek vel nos simil̄ infamaret. Item si
forte aliq̄n ex nr̄is aliq̄ in via mīꝰ honeste
se gererēt. cū sup ꝟ corripenk a nobis. posset
excusare se q̄ sub nostro habitu alī ꝟ fecis/
sent cū de ꝑsonis eēt dubiū que fuissent. Ne
igit tantꝰ ordo taliter ꝓfundak z tot mala in
de pueniāt. expedit vt ordinis nostri hītum
nullꝰ alꝰ pmittak deferre. Quid etiā mali se
querek si mulieres eū ferre pmitterēk. quisq̄
prudēs p se pt ppendere. z ideo est studiosis/
sime phibendū. Q. Cū asseratis vos
fm regl̄am z pfessionē vestrā nullos debere
recipe. pueniꝰ redditū seu possessiones. ex/
ceptis domibꝫ in quibꝫ habitatis. videmini
transgressores regule vestre in eo q̄ recipitꝫ
domos vel areas nō ꝓtiguas vestris areis
in quibꝫ habitatis. Eodē em̄ modo si ꝟ licz
poteritis etiā vineas recipe z agros z māsos
z similia queq̄ recipe. imo grangias z villas.
z castra z terras z opida. z quecunq̄ fuerint
vobis data. z sic pstina pauptas z mēdicitas
quam pfessi estis paulatim euanesceret. z nō
eritis discipuli sancti franciſci. cū nō sequa/
mini vestigia eius. nec ei⁹ regulā teneatꝫ De
domibꝫ em̄ vobis ꝓtiguis potest esse excusa
bile q̄ p dilatāda area vestra illas q̄nq̄ reci
piatis. sed de alīs nō ita in quibꝫ hoices ali/
os p censu locaris quē procurator vester loco
vestri exigit z in vsus vestros ꝓuertit de vo
luntate vestra R. Si qui in talibꝫ icau
te agūt dolem⁹ z ꝓtradicimus z phibemus
Qualiter aūt in ꝟ licite agere possim⁹ aduer
te. z tunc nō iudicabis nos si sane intelligis
transgressores. Protestamur nos fm regu/
lam nostrā nil debere seu velle possessionis
vel certoz redditū recipe vel habere. Qz
vero mendici sum⁹ z paupes. ea quibꝫ p̄ pre
senti necessitate indigem⁹ ideo recipimus. p
ut licet siue p soluendis debitis vel alīs ne
cessarijs procurandis. Cū ergo aliquis ex de
uotione vult nobis legare domū suam vel
areā nō ꝓtiguā nostre māsioni nō recipim⁹
eam nec p nos nec p interpositā ꝑsonam vt
nostrā. Sed si ille eā vel disponit p alium
quēcūq̄. vt ea vendita ꝺ pcio eius puideak

nobis ex parte sui in his quib⁹ tunc' indige
mus ꝓcurandis vel soluendis debitis. acce
ptamus. Si aũt ille timẽs ne forte eius tal'
dispositio ꝑ heredes suos vel alios in poste
rum impediat. ꝛꝓpter hoc ꝓoccupat robora
re illam sigillo alicui⁹ iudicis vel ciuiũ vl' al
terius. ꝛ cõmittit sic alicui amico suo eã vel
fratrum q̃ ꝓseruat qđ ipe disposuit ꝺ domo
tali vel area. nil ad nos cum de reb⁹ suis pos
sit ordinare qđ volet. Nec domũ nec locum
talẽ dicim⁹ esse nostr cum nihil iuris nos i
ea ꝓtestemur habere. Similiter si aliquis
disponeret ꝑ amicũ vel aliũ q̃ de ꝓuentib⁹ illis vel illis darent fratrib⁹ tot
panes quotidie. vel tm̃ elemosyne singul' se
ptimanis aut annis. non essemus ꝓpter ħ ꝓ
dij vel reddituũ possessores. Nã si me peterẽ
te elemosynã alicꝭ diues ꝓmittat q̃ singl'is
annis velit dare fratrib⁹ duas tunicas vel
tm̃ vnã. vel singulis hebdomadib⁹ tot pães
ꝛ hoc cõmittat officialib⁹ suis. vt vice sui ista
dent etiã eo absente. ꝛ hoc ꝑ fratrib⁹ recipiã
vel etiã si illi negligãt dare. ammonẽdo exi
gam. nunq̃d ꝓterea certos redditus habe
re dicẽdi sumus. cũ nõ ex iure ſꝫ ex gr̃a soluꝫ
talẽ elemosynã recipiã vl' exigã. Et si p⁹ obi
tum ill⁹ vxor eius vel alij amici ꝑ anima il
lius adhuc velint aliquo tꝑe talẽ nobis ele
mosynã ꝑ se vel ex dispositiõe illius largiri.
possiumus sil'r recipe ex eadem gr̃a. ita q̃ qñ
cunq̃ nollent ampli⁹ ista dare nil peterem⁹
ab eis quasi ex debito. ſꝫ more mendicorum
recurrem⁹ ad domũ clemẽtis dñi ꝑ quotidi
ana elemosyna q̃diu illi placeret. ſꝫ qñ plus
nollet. abirem⁹ vacui. gratias agẽtes de da
to. ꝛ nõ murmurãtes de negato. Hec est ve
ra ꝛ pura vita mendicor qđ dak. ex gr̃a reci
pere nõ ex iure. De censib⁹ vero domoꝝ
fratrib⁹ legatarũ nihil querim⁹ sicut nec de
alijs redditib⁹. Si aũt anteq̃ vendank ali
quẽ inde censum recipiũt. in quor tũc pote
state sunt ille dom⁹. nil iuris habere in eo ꝑ
testamur. ſꝫ elemosynã nobis spõte oblataꝫ
simpliciter recipim⁹ sicut aliunde donatam.
Quia ꝙ dñs docet nos cauere ab hom⁹
ꝛ apl'us ab oñi spẽ mala abstinere. ne pute
mur ab ignorãtib⁹ trãſgressores regule no
stre. debemus apte ꝓtestari nil nobis iuris
in talib⁹ donatiõib⁹ velle habere. sicut tenek
suspectus de fornicatõe oñia illa cauere ex
quib⁹ posset ista suspitio ꝓbabilis iudicari

CX. Cũ nulli deberetis facere iniuriaꝫ
vel damnũ inferre. hoc nõ seruatis. q̃ sepe
ꝓtra voluntatẽ plebanor recipitis domos
in eor parrochijs vnde eis multuꝫ deperit
de oblatõnib⁹ ꝛ alijs ꝓuentib⁹ dũ vos occu
patis loca in q̃bus alij habitarent q̃ eis ista
ꝓsoluerent. Itẽ sepe sine licentia episcopor
intratis eor dyoceses. Aliquãdo incõsultis
dñis terre vl' ciuitatis domos recipitis in
eisdem. Respõsio ꝓmi quesiti. Nõ om
nia q̃ fiunt ꝓtra voluntatẽ alicu⁹. ad iniurt
am eius fiũt. Cũ ergo ciues alicuius oppidi
nos vocãt ꝛ locãt nos apud se i tali loco vbi
etiã possent iudeos locare. vl' areaꝫ ꝓ ludis
facere. vl' horrea seu stabula de quib⁹ nil ꝓ
ueniret ꝓ plebano loci. etiã si nos ibi non esse
mus. nõ facim⁹ eis iniuriã vllo modo. Su
mus etiã nõ deteriorꝭ ꝓditionis q̃ alij xp̃i
ani vl' religiosi quib⁹ ꝓcedit domos recipe
ꝛ loca vbicũq̃ dank eis. qui habẽt ius liber
dandi eis. maxime cũ ꝑ sedẽ apostolicã sit or
do noster approbat⁹ ꝛ in subsidiũ animarũ
in eccl'ia destinat⁹. ꝛ ħ bonũ ꝑ alior maliciã
nõ debeat impediri. Si em̃ nũq̃ deberem⁹
morari nisi de volũtate clericor. vix vnq̃ in
eccl'ia possem⁹ diu morari. dũ aut ꝑ se aut in
citati ꝑ alios ejicerẽt nos de parrochijs suis
potius q̃ hereticos vel iudeos Respõsio
secũdi. Ꝑis etiã nullã facim⁹ iniuriã cuꝫ
nõ grauem⁹ eos in aliq̃. ſꝫ iuuem⁹ ꝓdicando
ꝛ ꝓsulendo eor subditis vt deuoti⁹ obediãt
ꝛ onus regimis eor tãto portabili⁹ fiat eis
de quo in iudicio extremo oportet eos red
dere rõem. Si aũt mouet eos q̃ sumus ex
empti a iurisdictiõe ipor quo ad nos ipsos.
tunc ecõuerso ꝓsolek. q̃ liberiores sunt q̃ ꝓ
nobis nõ tenenk reddere rõem. vt ꝺ nostra
gubernatiõe carẽt honore. ita sint liberi a so
licitudine ꝛ labore. excepta prudentia pieratꝫ
ꝛ inter nos in suc pacis vnitate seruanda.

Respõsio tertij. Dño etiã terre vel ville
nõ facim⁹ iniuriã si eo incõsulto q̃ꝫ vocati
a ciuib⁹ mansionẽ recipim⁹ in villa vbi libe
rum esset eis si vellẽt theatrũ facere vl' loca
re iudeos vl' locũ relinq̃re vacuũ. q̃ de ipsi⁹
fundi possessiõe nil ei subtrahimus. nec ali
quid ꝓtectatis nobis de illo vendicamus.
maxime cũ ciues amore nostre cõmoratõis
ibidẽ dño refundãt aliũde si q̃d forte ꝺ area
nostra deberet annui census ꝓcipe si nolit ꝑ
deo carere. Nam si etiã ꝓtingeret nos p⁹ hec
a loco penitus discedere. nec venderem⁹ are
am nec alicui pariũ traderem⁹. ſꝫ sic ꝓcessuꝫ

nobis eis ad quos ptinet dñium relinque/
remus. Jpm ꝙz oratoriũ nostrũ nõ fit par
rochiali ecclesie ꝓiudiciũ. in quo nec oblatio
nes eius ad missam ꝓcipimus. nec aliꝙs ho
mines ab ipa nobis attrahim⁹ ꝙn oia iu/
ra sua viuẽtes z mortui ecclesie parrochiali
ꝓsoluant De sepultura ꝙo constat ex iure
cõmuni ꝙ si apud nos eligũt sepeliri. posset
alibi si vellẽt vbicũꝙ sine ꝓiudicio parroch
ialis ecclesie hoc facere. nec ad ꝫ possent in
aliquo impediri. Q. Quid ergo dicitis
ad hoc ꝙ in pluribꝫ locis dicunt frẽs vestri
alios religiosos vl clericos eiecisse violẽter
de ꝓpꝛijs eccl'ijs vl monasterijs. z ibidẽ eis i
uitis sibi mansionẽ feciss̃e. quõ potest ꝫ excu
sari ab iniuria etiã violenta. R. Ubicũ/
ꝙ hoc factũ est nõ est ꝑ fratrũ violentiã fcm̃.
ſz vl ꝑ episcopũ loci vl ex iussu domini pape
qui intelligẽs clericos illos vl religiosos ibi
minus honeste se gerere. vl ad tantã paup/
tatẽ redactos esse ꝙ diuinũ seruitiuꝫ ibi ita
esset delapsum ꝙ ꝑ ipos nõ erat spes restau
ratõis. auctoritate apostolica mãdauit illos
alibi locari. assignatꝫ sibi certis redditibꝫ vñ
possent ꝓgrue sustẽtari z frẽs nostros ibi ha
bitare z diuina officia celebrare. cũ ad ipum
spectat õ oĩbꝫ locis religiosis ordinare. vt
sacra ibi religio instaurek siue ꝑ illius ordis
ꝓsonas siue ꝑ alias alteri⁹ ordinis sicut viõ/
rit expedire. Q. Cũ deberetis oia ma/
la vobis illata patienk sustinere z nullaꝫ sup
bis apud iudices querimoniã facere vl mo
uere. ꝙd est ꝙ nõ solũ istud nõ facitis ſz etiã
non ꝓtenti eꝓrũ iudicijs. obtinetis a sede
apostolica iudices z ꝓseruatores. z ad illos
quoslibet molestãtes vos etiã leuiter citatꝫ
z grauatis laboribꝫ z expẽsis donec satꝫfaci
ant vobis ꝑ velle vestro. ꝫ apostolũ ad Lo.
Delictũ est in vobis ꝙ iudicia habetꝫ R.
Iniurias z molestias ex quibꝫ aliõ malũ
non sequik nisi qõ illa hora sentire potest vt
sunt ꝓba prohrosa vl dãna reꝛ seu verbera
z similia possunt viri religiosi equanimik su
stinere. qz nil aliud afferunt nocumẽti. ꝫz
vbi possunt grauiora dãna subsecꝙ. vicz aĩa/
rum grauia nocumẽta. ibi nõ est expediens
talia tolerare. Nam cũ simus in ecclĩa dei ad
multaꝛ aĩaꝛ salutẽ a sede apl'ica destinati ꝑ
officiũ docendi z extrahẽdi hoies a peccato
si ꝙs infamaret ordinẽ nostꝛ ꝙ essem⁹ sedu
ctores aut heretici aut criminosi aut nõ ha/
bentes auctoritatẽ ꝓdicandi seu ꝓfessos no
bis z ꝫtritos absoluendi cũ a dño papa vel
etiã epis habeam⁹. non solũ lederet nos sic
reddẽdo despicabiles hominibꝫ ꝙ subtrahe
rent nobis bñficia sine quibꝫ sustẽtari ñ pos
sumus. ſz etiã noceret omĩbꝫ ꝙ ex ꝫ incipient
nos ꝓsequi z grauiter peccarẽt. Et qui crẽ
rent nos tales esse sicut ille assereret. nec ꝓ
dicatiões nostras attenderẽt. nec ꝓsilia salu
tis requirerẽt a nobis. z iam null⁹ ordinẽ in
trare curaret. imo debiles mẽte ordinẽ tem
ptarenk relinquere quez viderẽt ab omnibꝫ
ꝓculcari. Jnsuꝑ heretici se detractoribꝫ no
stris libẽter adiungerẽt sub specie amicicie
vt nos ampli⁹ redderent odiosos ad hoc vt
doctrinam nostrã hominibꝫ redderẽt odibi
lem. z ita astute sibi attraherẽt corda eorum
z paulatim ducerẽt in errorẽ. cũ nos maxie
timeãt modo in hoc sibi esse resistẽtes. Plu
ra alia multa suscitarẽt nobis veritatis ad/
uersarij si nõ haberem⁹ munimẽ ꝑ sedẽ apo
stolicã. que nõ tam nobis ꝙꝫ eccl'ie z fidei ca/
tholice valde nocerẽt. z ꝫ in dedecus ipsius
sedis redundarẽt ꝙ ordinẽ plãtauit z cõfir/
mauit z ad ꝓfectũ eccl'ie destinauit. Nam et
apostol⁹ Paul⁹ qui parat⁹ erat oĩa aduersa
subire ꝑ xp̃o. videns obesse fideiz eccie si tra
ditus fuisset a felice vl festo iudeis ipm peri
mere cupientibꝫ. cesarem appellauit. Actuũ.
Ut ergo parcam⁹ eis a peccato inique perse
cutionis. z nobis a frequenti vexatiõe z alijs
a nocumẽto animaꝛ ꝓseruatores habemus
a sede apostolica nobis datos qui ꝓuilegio
rum nostroꝛ iura defendãt z a calumniãti/
bus tueank. Q. Cum denarios seu pe
cuniam nec ꝑ vos nec ꝑ interpositã ꝓsonaꝫ
ex regule vestre ꝓcepto debeatis recipe. z tñ
aliqua recipiatis que vendunk postea ꝑ pe
cunia. nõ video qualiter excusemini a trans/
gressione hui⁹ ꝓcepti. quia vendita re illa si/
cut ꝓius vestra fuit res ipa ante venditiõꝫ
ita etiam erit pecunia vestra que ꝑ re data ẽ
cum nõ habeat aliũ dominũ nisi fratres. qõ
illicitũ est omnibꝫ manifeste. Respõsio ꝓ/
mum gen⁹. Tria elemosynaꝛ genera dã/
tur nobis. Aliqua em̃ recipimus quibꝫ vti
volumus vt victus z vestit⁹. z libri noꝫ vti/
les z similia que nõ ꝓponim⁹ alienare ab or/
dinis vsu Scõm gen⁹ Quedã aũt dãk
nobis quibꝫ nunꝙꝫ in illa specie vti volum⁹
vt vestes seculares. z libri nobis non apti. l'
etiam aliqua supflua victualia quibus forte
non indigemus ad ꝓsens. Jsta si nolũt fra/

tres recusare ꝓpter deuotionem̃ dantiū po/
test procurator ea vice illorum dantium ser
uare sicut pecuniā pro fratribꝫ ei cōmissam.
vt suo tempe inde ꝓuideat eis quibus indi
gēt ex parte illorum. Tertium genus.

Quedā vero dant nobis pro vsu nostro
z ea per nos recipimus. z postmodū aliēn/
do cōtingit q̄ ea volumus alienare. Si illa
simpliciter vendimus. tunc fiet sicut dicitis
q̄ illa pecunia nostra est sicut res vēdita fue
rat ante nostra. Sed ne trāsgressores re/
gule nostre simus recipiendo pecuniā per i
terpositā personā tres vias pro hac caute/
la tenemus. Aut em̃ rem illā que vendi de
beret cōmutamus ꝓ alia qua indigem⁹ nō
interueniente pecunia. vt librum pro libro.
oleum ꝓ cera ad luminaria. z sic de similibꝫ.
Aut rem illā damus ꝓ solutione debitorum
quantū res illa valet. Aut dam⁹ eam alicui
vt sua sit z nobis ꝓ ea de alijs quibꝫ indigue
rimus tantū acquirat quātū res illa distra/
cta valeret. Siue autez ille qui sic eam reci/
pit postea vendat. siue reseruet vt suam. nil
ad nos cū iam nō sit nostra sed ipsius. et ita
non erimus p̄cepti illius de nō recipienda
pecunia transgressores. Qui aliter facit. vi/
deat quomō cōscientiam suam apud deum
iustificet. z apud homines de scandalo se ex/
cuset. Questio.

Olim nō mendicastis nisi solū quo indi/
guistis. nūc autē nō solum petitis ꝓ futuro
tempe necessaria. sed etiaz de vna spē tanto
plus acquiritis vt vnū pro alio cōmutetis.
vt oleum ꝓ caseis. vel similia ꝓ alijs in hunc
modū Respōsio Ut supra dixi dū pau
ci eramus paucis indigebam⁹. nunc autez
plures facti. pluribꝫ indigemus. z sicut ali/
quando mendic⁹ ꝓ plateas discurrens (cui
solum panis aridus hinc inde dat quē com
munius habēt homines z parati⁹ q̄ alios
cibos) dat aliquā partē panis pro buccella
casei vel ouo vel pomo. eo q̄ nō semp valet
arido pane sustentari. cū sit inedia cōfectus.
ita z nos cum nō inueniam⁹ vbiq̄ singula q̄
bus indigemus ꝓ sufficientia ad mendican
dum eo q̄ in oīm̃ terris nō omnia abun/
dent equaliter z homines nō habent nobis
dare illa que nō habent. z oportet nos ō ta/
libus que in quolibet loco magis abundāt
tanto plus petere vt ꝓ illa z alia cōquiram⁹
que aliter ibidem nō possemus habere et q̄
bus similiter indigem⁹. z hoc non est auari/
cie sed indigentie imputandū. Q.

Si multitudo est in causa q̄ multis indi
getis. quare ergo magnos cōuentus facitis
z nō potius bini l' quaterni. vl' ad plus seni
vel octeni in domibꝫ paupculis habitatis.
vt quieti⁹ z in maiori paupertate ibi viuere/
tis z humilitate. quia pompositas quedam
videt gloriari de multitudine. R. His
de causis magis diligimus magnos cōuen
tus q̄ paruos. videlicet quia maior disciplī
na potest ibi seruari. dū occupatio officiorꝫ
in plures diuisa ordinati⁹ z expeditius ad
ministrat. z coram pluribꝫ quisq̄ minus au
det negligēs aut insolens esse. z quilibet in/
formatur ab altero moribꝫ z scientia. Et ex
his maior potest esse deuotio. z ordinatior
vita. z officiū diuinū pulcrius. z maior caute
la ꝑ quelibet temptamēta viciorum. z noui
cij melius ibi informant. Itē quia maior
prouenit vtilitas īde animarꝫ. dum plures
ibi stare possunt cōfessores z predicatores.
Vel etiā potest ibi melius teneri studiū the
ologie. in quo abiles exerceant ad eruditio/
nem aliorꝫ. In paruis aūt domibꝫ dum alij
sunt in terminis. alij in villa pro elemosyna.
alij forte debiles z infirmi. alij occupati offi
cijs in domo. nec disciplina religiōis. nec stu
dium nec deuotio in diuinis valet prout ex
pedit obseruari. Q. Cum videmini z e
latores esse animarꝫ z sancti Francisci debe
retis in oīm̃ imitatores esse. cur ordinem
illū qui dicit penitentiū quē ipe instituit nō
ꝓmouetis vt vbiq̄ dilatet in ecclesia. z mul/
ti saluent in eo. cū laboratis cōuertere z fouе
re ad bonū qui vobis sunt minus ex pater/
na traditione annexi. R. Q in alijs la/
boramus vt cōuertant z proficiāt in bono.
ibi habemus fructum. z cōseruamus liber/
tatem nostrā ne plus q̄ nobis expedit occu
pemur p eos. Per istos autez penitentes si
multiplicarent impediremur q̄ alijs minus
ꝓdesse possemus. dum quasi ex iure exigerēt
a nobis vt ad omnia que tangerent eos es/
semus parati. Alioquin imporaret nob̄
quare ad hunc ordinem eos induxerimus.
si curam ipsorꝫ nollemus Si contingerz
eos aliquando astare iudicio vel seculari vl'
ecclesiastico vocarent nos vt eis assisterem⁹
z pro eis intercederemus. Si aliquis i/
peteret eos pro debitis vel offensa. obiurga
rēt nos quare non faceremus ei iusticiam fi
eri ab illo qui in nostro regimine z obedien

tia conuersatur. Et sive iuste sive iniuste moueretur nobis imputarz si pro volũtate sua ei non satisfacerz. maxime si iste diceret se nil facere nisi de nostro consilio sive iussu Si aliquis eorum captiuarek vel a domino suo vel alio molestaretur. vellet q fratres causã eius agerent z hincinde discurrerent vt euz a tali molestia liberarent. Sicut vidua ad Heliseum venit vt eam a creditoris sui vexatione liberaret. Si aliquis inops essz nimis z non habens aliunde subsidiuz corporale. iustum viderek ei z alijs q nos sicut fratribus spũalibus eos puideremus. Et forte plures in illa spe ordinem illum assumerent vt eis in huiusmodi subueniremus. et maxime femine vel begine. Si aliq ipsarum de aliquo crimine infamarek fornicationis vel adulterij. statim qui nos forte non diligerent diuulgarẽt istud in nostram infamiam dicẽres. Ecce fratres nudipedisse. q/ uulos nudipedes procreãt eis. Sed a quo illos concipiũt nisi ab eis qui tota die occupantur cũ ipis. Et lasciui clerici vel layci in odium nostri magis essent fratribus illis infesti. vt aut corrumperẽt eas. aut infamarent cum ipsaz dedecus in nos plus q̃z i alios redundaret Si quando inter eas aliqua fieret disceptatio oportet nos occupari in reformatione pacis inter eas propt cauendum scandaluz aliorum. Si ciuitas vel opidũ indigeret non possemus eas tueri quin oporteret eas soluere questas z tallias z obseruare vigilias nocturnas. z exire cum alijs ad bella z habere arma et equos. vel pro se mittere bellatores vel etiã domis suis a quibus haberent feuda. vel quib⁹ aliter astricti oporteret eos in talibus deseruire. Clerici etiam qui nos nõ diligunt imponerent nobis q plebes suas nobis vellem⁹ sub hoc colore attrahere z nostre obediẽtie subiugare vt res eorum nobis cederent totaliter que ipis offerre deberent nos eis pri peremus. Et quando nos non possent in p sonis nostris forte grauare illos quacunq occasione quererent perturbare. Infamarent etiam nos quando haberemus cũ eis aliquando secreta capitula. quasi celebrare/ mus conuenticula hereticorum in latebris cum ipsi pot⁹ ecclesie rectores deberent cos fm morem ecclesie corrigere si quãdo offenderint z punire. Nam z ipsi eorum magistri qui prouinciales dicuntur. cum sint layci et aliquando vxorati quandã habent silitudinem cum hereticorum magistris. z si non p inuidie prauitate tamẽ in laycali habitu nomineq hereticorum in contemptũ cleri laycos habent magistros z doctores. Et cum nos sub vna forma viuendi z multiplici custodia vix conseruemus ordinem nostrum in suo vigore ne dilabatur per negligentiaz quomodo possemus illum ordinez i bono statu diu seruare. vbi quisq vadit in domũ suam z exercet negocium proprij z habz curam domus sue z vxoris z filiorum z versatur in seculo z multis quatitur temptationibus mundi z carnis. Et qui nobis non essent astricti obedire nisi pro velle. z quos nõ possem⁹ sicut expedit coercere quin cito dilaberetur sub manib⁹ nostris disciplina z iusticia. Et sic melius fuerat non incepisse q̃z non posse pficere z tanta negocia assumpsisse per que dissipatur pax nostra z fama vilescit. z inter nosipsos possunt plura scandala suboriri. Preter alias occupationes quas i confessionibus eorũ z consilijs tota die nos oporteret habere cum ipsis Et si soli diuites admitterentur inciperent nos homines habere suspectos q pro auaricia faceremus. vt res eorum sic nobis attraberemus Et clerici z alij religiosi contra nos grauarentur si familiares eorum eis per hoc abstraherem⁹ z inde lites z scandala inter nos z ipsos orirentur. Si autem omnes passim admitterentur fieret confusio cum non possemus omnes regere vel corrigere. z multa incõuenientia sequerentur. De sancto aũt Frãcisco alia fuit ratio. quia status illius terre z illius temporis circa ordinem z homines alios in multis aliter se habebat. z ipsius sancti patris Francisci z primorum fratrũ eius diffamata sanctitas effecit q tunc habebatur pro bono. quod modo z in alijs terris non talem haberet successum. Qui nostre doctrine volunt corrigi cõsilio possunt sub alia forma z colore ita vtiliter in bono p nos informari sicut cõgruit cuilibet z tamẽ nos predictis implicationibus vel alijs similibus non inuoluemur. z ab alijs bonis vel melioribus non retardabimur

Questio

¶ Quare ergo ordinem sancte Clare i cura habetis per quam libertas vestra similiter impedit R Ordo ille non est annex⁹

ordini seruiliter vt eis itēdere teneamur sz ex petitōe dñi cardinal' q̄ vtriq; p̄est ordini. ministri ꝯstituūt eis ꝯfessores qui ecclesiastica interdū sacramēta ministrēt. ⁊ visitatores qui eas corrigant. Alij fratres nō tenent' occupari ꝓ ip̄is nisi sicut ꝓ alijs amicis ordīs qñ volunt. Et quia clause manent sub vniformi ꝯuersatione ꝑ hoc facilius regi possūt Qñcūq; aūt ordo noster cōmuniter videret non expedire sibi curā illaꝝ gerere. potest se ab eis eximere. cum ex regula nostra non simus alicui ex debito nisi ordini obligati. et singulari libertate inter ceteros ordines ex p̄uilegio gaudeamus. Licet aūt omnino nō possim⁹ impedire q̄n aliqua fiāt in terrꝫ istis p̄dicti ordinis monasteria. tñ si nō studiose obsisterem⁹ cito multiplicarent' ꝑ ꝯcessionē dñi pape vel cardinalis. ⁊ ꝑ hoc ostendit' q̄ non diligim⁹ multū occupari cū ip̄is Ex.

Cum ḡ sitis informatores eaꝝ. q̄re ꝑmittitis q̄ plures apud eas impure. i. ꝑ pecuniam recipiunt' que si nil secū ferrēt nullaten⁹ recipent'. ⁊ aperte symonia videt' R. Ex si alij faciūt. de h̄ nō a nobis est sed ab ill' est ratio exigēda. Sz tñ vt satisfaciam⁹ querentib⁹. sciendū q̄ quantū spectat ad hāc materiam quadruplex est forma recipiēdi ad ordinē qualēcunq;. Prima qñ aliq̄s recipit' nec ꝓ pecunia nec cū pecunia sz pure ꝓ deo Et ista est purissima corā deo ⁊ hominibus

Secūda qñ aliq̄s recipit' non ꝓ pecunia sz cū pecunia. ita vt si nihil afferret. tñ recipe retur ꝓ deo. ⁊ similiter h̄ puꝝ est corā deo. sz est caute agendū corā hoīb⁹. ne det' eis occasio scādali. ⁊ ne sit ibi affect⁹ auaricie infect⁹ ex spe lucri. Tertia qñ q̄s recipit' nō ꝓ pecunia. nec tñ reciperet' sine pecunia eo q̄ nō habēt aliter ei q̄ eū recipiūt in necessitatibus corꝑis ꝓuidere. cū tenues facultates dom⁹ vix sufficiāt iā receptis. nec ad eas audeant plures recipe ⁊ istos suis necessitatib⁹ spoliare. ita q̄ talis ꝑsona q̄ sic recipit' si abundaret locus sine pecunijs recipet'. Sil'r aliq̄s duxit vxorē ꝓpter diuitias eius vel nobilitatem. q̄ habet nasum. nec tñ ꝓpter hoc duc' eā quia nasum hz. quā tñ si naso careret nullatenus duxisset. Et h̄ nō est impuꝝ licet non appareat forsitan pulcrū. Quarta cū aliq̄s recipit' amore pecunie ita q̄ si possent illam pecuniā hr̄e sine ꝑsona ista. nō reciperēt ꝑsonam sz vt habeāt pecuniā ꝑsonā recipiunt. Et h̄ penitus impuꝝ est ⁊ symoniacū. quia ibi pecunia causa est receptionis ꝑsone. ⁊ ñ econuerso. Ubi ergo recipit' ꝑsona ꝓpter pecuniam. symonia est. quia ibi vendit' spūale id est. cōsortium spūalis societatis ꝓ tempali scz pecunia. Et hoc pleriq; faciūt. etiaz ex mera inopia optantes aliquē venire cū pecunia quē reciperēt. vt eoꝝ inopia reparet'. l' debita ꝯtracta soluerent' vl' bona cōcupita emerent' vl' edificia ꝯstruerent'. Ecclesiastic⁹ Propter inopiā multi deliquerūt. Ubi ꝟo pecunia recipit' ꝓpter personā quaz alias libenter recipent si haberent vnde eaz pascerēt. nō videtur esse symonia. dummodo forma cum intētione ꝯcordet. Et hoc modo sustinemus q̄ sorores sancte Clare recipiunt pecuniā cum ꝑsonis si quando oportet eas plures personas recipe quā de facultatibus monasterij congrue valeant sustentari.

Ex. Cum doctrina salutis tam necessaria est illis qui in rure ⁊ in abditis locis habitāt sicut illis qui morant' in bonis opidis ⁊ ita fructuosa esset in eis. ⁊ vos equalit' vocati ⁊ missi sitis ad edificatōem omnium indifferenter. Uidemini nō digne ambulare tali vocatōe in eo q̄ in bonis ciuitatibus et opidis ⁊ villis frequēter predicatis. in alijs aūt locis raro vel nunq̄. Uidet' em̄ q̄ sitis in hoc personaꝝ acceptores. q̄ pauꝑes contemnitis ⁊ ditiorib⁹ predicatis. Uel quia in ciuitatib⁹ multa habetis bona hospitia ⁊ bene ꝓcuramini q̄ non alibi. vl' quia plura ibi dant' munera vobis in speciali seu cōmuni ideo ibi sepius predicatis. R. Messis quidem multa eorū qui doctrina indigerēt salutis. sed operarij pauci idonei ⁊ fideles. ideo non sufficimus omnib⁹ qui indigent ꝓ ut vellemus docendo ꝓdesse cum nos pauci sumus respectu illorum. In locis etiā siluestribus vel desertis si qui sunt habitantes ita sunt dispersi q̄ vix possent ad locum congruū predicationi conuocari Sz ad singula loca eorum possemus venire vt eis predicaremus ibidem. Raro etiam vacant ab occupationibus nisi in festo vt predicationi intendere valerent. ⁊ propter diē vnū festiuum non possemus tota hebdomada ī villa morari. Non enim permittuntur fratres tamdiu extra domum suam morari q̄ sic omnes villas singulariter possint visitare. nec haberent in pluribus locis vnde tāto possent tp̄e ꝯgrue sustentari. Et si aliqñ forte vnus frater vellet ⁊ posset aliquādiu

pati penuriam. socius ei⁹ forsitan ℏ ñ posset
Et si aliqui aliūde vellēt ad p̄dicationes
nr̄as accedere nō inuenirēt ibi victualia ad
emendū. In opidis aūt seu villis vbi abun
dant victualia plures possunt ꝓfluere ꝛ me
lius sustentari. ꝛ inter plures maior fructus
sperat. ꝛ a q̄b⁹ ministrāt nobis plura tpalia
in elemosynis. plus etiā reꝙrunt vt eis spū
alia rependam⁹. nō q̄ omnino debeam⁹ ali
os in locis desertis deserere. sz ꝓut se opor
tunitas obtulerit debem⁹ etiā eis doctrinā
salutis offerre. Illos tñ p̄dicatores ꝛ cō
fessores nō excuso a peccato negligentie qui
magis ꝓ cōmodo corꝑis frequentāt loca il
la vbi sunt bona hospitia. ꝛ nolūt ꝓ salute
fraterna diuertere ad villas paupculas. ꝛ ibi
ꝓ xp̄o pauptatē quā illi hoīes ibidem semp
sustinēt apud illos aliq̄diu tolerare. cū ipsi
pfessi sint extremā ꝛ ꝑpetuā in regula paup
tatem. Indignos em̄ se faciūt eisdē offic̄js
que ꝓ subueniēdo omnib⁹ susceperūt. si ꝓ
cōmodo tempali vel muneribꝰ ea vendunt.
Matth. Gratis accepistis. gratis date. nō
ꝓ munere tempali. Dicēt em̄ talibus in fine
Matth. v. Amen dico vobis recepēr̄t mer
cedem suā. quā principalius hic ꝛ studiosius
quesierūt. Dicit etiā eisdem in Trenis. De
derunt p̄ciosa quecq̄ ꝓ cibo ꝛc. Preciosa sūt
verba dei ꝛ auctoritas absoluēdi a peccatis
ꝓfessis. que dat ꝓ cibo q̄ ꝓ corꝑis alimento
ea principaliter impēdit. Q. Cū in ali
is religionib⁹ ꝛ collegijs ecclesiaꝝ maior re
uerentia p̄oꝛib⁹ in ordine ītroitus soleat ex
hiberi. qō etiā inter apostolos aliquo modo
seruatū videtur. vicz in stallo chori ꝛ capitu
li ꝛ mense ꝛ alijs. Magna rusticitas videt.
q̄ apud vos nulla in his differentia seruat
cum apostol⁹ dicat Roꝝ. Honore inuicem
p̄uenientes. R. Sanct⁹ pr̄ noster Fran
ciscus in summa voluit ordinē puritate fun
dare vt in nullo gloriarent fratres nisi i cru
ce domini nostri Jhu xp̄i. id est. in humilita
tis ꝛ charitatis ei⁹ q̄ ꝓ nobis pati voluit duo
ta imitatione. cum in huiusmodi excellēcijs
qua vnus alteri p̄serr̄ in aliquo soleat anim⁹
imperfectoꝝ sepe pueriliter extolli. Q. aut̄
apostol⁹ docet honore inuicē p̄uenire. nō tm̄
ad istas extrinsecas reuerētias referēdū est.
qua vnus alteri assurgit vel facit eum se pre
cedere ꝛ in superiori loco stare vel sedere. ꝛ simi
lib⁹. sed magis ad hoc vt quisquis reputꝫ ali
um se meliorē esse. In humilitate sibi inui
cem superiores arbitrantes ꝛc. Vt non sit ꝓ
nus ad interpretandū facta eius vel dicta i
partem deteriorē. Roma. Nō ergo amplius
inuicē iudicemus ꝛc. Vt offensus ab eo fa
cile ei ignoscat. Donantes inuicē si quis ad
uersus aliquē habet querelam Vt studiose
caueat ne in aliquo eū despiciat vl̄ offendat
Matth. Videte ne cōtemnatis ꝛc. Vt ab
senti non detrahat nec libenter derogatōez
eius audiat. Ecclesiastic⁹. Cum detractori
bus ne cōmiscearis. Vt indigenti auxilium
ꝛ promptum obsequiū libenter impendat.
Gall. Per charitatē spiritussancti seruite in
uicem. Vt eū pure diligat ꝛ apud deū fideli
ter i quib⁹ valet ꝓmoueat. Qui hic negligēs
tm̄ illas extrinsecas reuerentias vt dixi fra
tri exhibet. quas plerīq̄ magis ad hoc sibi
mutuo exhibent ne icuriales notenr̄ vl̄ adu
latorie vt sibi ista vicissim reexhibeantur. ꝙ
bum apostoli debiliter de honoris p̄uentio
ne impleuit. Inter illos igit̄ qui aliquid
exterioris glorie vel officio dignitatis vl̄ ex
alia intentiōe honesta cupiūt habere p̄m ho
minē possunt iste reuerētie obseruari. Hos
aūt extremā ꝛ altissimaꝝ pauptatē in regula
pfessos decet etiā humilitatē summā in om
nib⁹ custodire. In alijs ordinib⁹ vbi temp⁹
ꝛ dies pfessionis cuiusq̄ potest obseruari. q̄s
prior altero intrauerit. possunt etiam i locis
istā prioritatis seruare distinctōz. Apō nos
aūt vbi sepe de loco ad locū mutamur. sicut
nō possumus scire temp⁹ introit⁹ cui⁹q̄. ita
nec in quo eum debeamus stallo locare cuz
ex obliuione ꝛ ambitione seu ex humilitate
plures dicerent prius vel posterius se venis
se. Et aliquotiens cognita veritate contige
ret aliquos postea de locis suis forte cū ve
recūdia remoueri. Et ista ꝓplexitas freq̄ns
esset inter nos quis videreꝛ altero superior
ꝓpter frequentes mutatiōes. ꝛ ꝓ appetitu
p̄eminentie sepe cōscientie macularenr̄ mul
torum. Et maius ex his omnib⁹ detrimen
tum esset i ordine q̄s vtilitas huiusmodi ob
seruantie de prioritatis honore. cum scōm
multitudinem meritoꝝ magis q̄s annoꝝ
quis sit acceptior apud deum Sapie. Con
summatus in breui expleuit tempora mul
ta. placita ꝛc. Questio.

Cum deceat bonos promouere et alios
ad bonum ꝓ posse. multum videmini ab
hac forma declinare q̄ scripta vr̄a i libꝝ ꝛ q̄
nis tā difficulr̄ alijs p̄stādo cōicatꝫ. q̄ ex eis

possent pficere z alijs pdesse. et aut ꝺ pfectu alioꝝ moueri ex inuidia videmini. Aut ex ī ani gl'a vt videamini scire q̄ nesciūt alij. Aut alia intētiōe corrupta. R. Que pñt eti/am bona intētione z inculpabilit fieri. ali/qñ temerariū est ea in deteriorē ptē interp̄ta ri cū cordis occulta ignorem⁹. z ea q̄ in se in differētia sunt pñt, sepe ꝑ bono fieri z licite z bñ. Scripta em̄ sua nō cōicare alijs sic̄ pōt fieri reprehensibilit. ita pōt etiā fieri inculpa/biliter z licite z prudēter. Prudent quando scriptū nōdū est bñ correctū vel ordinatum ita q̄ ali⁹ inde se nesciret expedire z forte ma gis esset materia scandali vel erroris alij re scribenti vel legēti. Itē q̄n nō cōpetit illi qui desiderat. magisq̄ foret ei nociuū q̄ vtile ta le scriptū. Itē si ille ꝓtinuo z frequent indi/get suo scripto. vt si alteri ꝓcederet ipe foret neglect⁹. cū nemo teneat se neglecto alios in min⁹ necessarijs ꝑmouere. Inculpabilit q̄n sepius z si nō statim indiget suo scripto z co diu carere nō potest. Itē sunt in petēdo ml'/ti valde importuni ꝙ in reddēdo tardi q̄ se/pius pulsati vix tandē cū murmure cōcessa reddūt z ꝑ bñficio ḡtitudinis ꝓba impēdūt Itē sepe ꝑ scriptores polluūt ḡterni z libri z laceranť l'alit male tractanť sic cōcessi.

Itē vn⁹ ꝓcedit vlteri⁹ alij irreq̄sito eo qui ei scriptū ꝓcessit. z ille forsitan iterū alij donec tandē ille nescit a q̄ reposcere ꝺbeat. z sic elō gať ab eo q̄ null⁹ directe ei inde respondet. Itē etiā sepe pdit qꝺ ita ꝓcedit. q̄ forte ne/gligent redictū alius q̄si nulli attineat sibi sit lud sil'r reseruat Aliq̄n etiā ille vel iste de lo co mutať z tā lōge vn⁹ ab altero diſiungit q̄ nō pōt ꝓcessum ꝑ nūcios repetere. vl' timet ī via destrui vl' amitti ꝑ nūciū aut pdonē aut aquā. Illi aūt q̄ꝺ talia restituēda ꝓmittun tur q̄nq̄ volūt sibi rescribere ꝓuſq̄ illi resti tuāt. vl' cōmodāt alijs vel alicubi relinquūt donec oblitioni tradūt z postea negant sibi fuisse cōmissa. Et sic plurima pdūť alijs cō/modata. Aliq̄n scriptū aliq̄d est ligatū i vo/lumie cū alijs opib⁹. z si illud frať alicui ꝓce deret oporteret eū totū lib⁹ dissoluere cum graui dāno expensaꝝ z laboꝝ in ligādo fertā rum. Sepe etiā cū vni rescribenduz ꝓcedit alij nisi z sibi ꝓcedat indignanť. z ꝑ hoc aut diu cogit ille scripto suo carere. aut ꝑ plures man⁹ transiēs sordidať z pdit. Cū ḡ tot cau se sint irreprehēsibiles ꝓpter q̄s ꝓtingit sepe vt aliq̄s nō cōicet alijs scripturā suā. Nō oportz vt iudicenť nō hꝛe caritatē ad primū. vel ex inuidia aut vana gl'ia vel rancore vel alia ñ bona intētione petētib⁹ h̄ negare. licet aliq̄ ab his nō sint īmunes. Ille tñ nō est excusa bilis in hac pte q̄ z si non ex malicia tñ. ex q̄ dam diffidētia nō cōicat alijs scripta sua. ti/mens ne si ꝑ aliū ꝓueniat ea pdicarenť. ipse po/stea nō habeat cū necesse fuerit aliq̄ alia q̄ ꝑ ponat. q̄si fons charitatis z sapie dei desicca tus sit vt nō alia ꝑ his ei liberalit restituat z refundat si ꝑ charitate q̄ ab ipo accepat stu/deat alijs impārtiri. Cū etiā libri z ḡterni fra/trum sint tm̄ ad vsum a supioribꝫ suis ꝓcessi z ad custodiā cōmissi. q̄ cauer⁹ missū destrui vel amitti qꝺ nō est eius ꝓpriū. ꝓpter h̄ nō de bet maliuol⁹ iudicari. Q. Cū sicut ipsi asseritis missi sitis in adiutoriū plebanoꝝ nō in ꝓiudiciū iuris ipoꝝ. q̄re nō pdicat̄ po pulo ius plebanoꝝ. ſ. q̄tū z qualit debeant eis subesse z obedire. z q̄ntā habeāt sup eos ptātem. Videmini em̄ h̄ tacite ꝓterire. ō vt vobis magꝭ adhereāt. z ea q̄ illis donarēt in vsū vestꝝ callide retrahitꝭ. z sic eos iure suo fraudatꝭ. R. Qui bñ aduertit sepe itel/ligit q̄ etiā in pdicatiōe z ꝓsilijs hortamur subditos ꝑlatis suis in oīb⁹ q̄b⁹ de iure te nenť fideliter obedire. z iura sua illis p'olue re. z sniās eoꝝ iuste latas reuerent obſuare z eos quasi dei vicarios honorare. z qꝺ in h̄ meritū salutꝭ eoꝝ ex magna pte ꝓsistit. Sed q̄ nō valde magnificam⁹ eos in populo. vi/detur eis q̄ parū ꝑ ipis faciam⁹. Quare au tem hoc dimittim⁹ plures sunt cause. Una ne videamur h̄ adulatorie potius facere (vt sic captemus eoꝝ beniuolentiā) q̄ꝫ ꝑ verita/tis doctrina. cum pdicatio debeat esse alie/na ab adulatione ꝓsentiū vel detractiōe ab/sentium. ſ. Tex. ij. Hecꝫ em̄ aliquādo fuim⁹ in ꝓmone adulatōis sic̄ scitis necꝫ i occasiōe auaricie. Altera cū ipi ꝑ se sepe p⁹ amplifi/cent iura sua sup subditos suos q̄ꝫ oporteat p̄cipiēdo qꝺ nō debēt, phibēdo q̄ nō possūt ꝓcedēdo que nō licet. exigendo indebita. ful minando sententias duras. z laqueos mul tiplicando animab⁹ quas soluere et expedi/re deberent si nos adderemus terrendo po pulum. z magnificando potestatem clerico/rum super ipsos. prouocaremus ampli⁹ q̄/rundam clericorum audaciam. z aut facere mus simplices subditos pusillanimes. aut tumidos prouocaremus ad proteruiā ma/iorem. vt magis econtra se erigerēt ꝺ cleruz.

Tertia cū plres clericoꝝ tā apte viuāt iiuste q̄ layci sumāt hinde graue scandalū si sup hoc vellem⁹ eos magnificare in pl'o scādalum suscitarem⁹ ꝛ nosipsos q̄ tam virtuosibiles laudarem⁹. Prouer. Qui derelinquūt legē laudāt impiū. q̄ ꝓseruāt succēdunt ꝓtra eum Or cū plures i clero vt nūc vel male ꝛ ꝓtra formā canonū teneāt regimē pl'i in ecclesia vel ꝑpt excessus suos suspēsi sint ab executōe officij pastoral' si oēs cōiter magnificarem⁹. etiā illi q̄ nō haberēt ius cogerēt subditos i bis q̄ nō debēt sibi obedire q̄si legitimis pastoribꝫ. Si aūt specificaremus q̄bꝫ essent digni ad obediēdū. alij q̄ite ferrēt q̄ eos notabiles ꝛ ꝓtēptibiles redderem⁹. iō q̄i dissimulando trāsim⁹. Quis aūt nonnulli de clero pl⁹ oderint religiosos q̄z iudeos xp̄i aduersarios. Tū si sapent pot⁹ diligerēt nos pluribꝫ de causis tā ꝑ tpali vtilitate q̄z etiā ꝑ spirituali vtilitate sua Una q̄ ꝑ nr̄az doctrinā subditi eoꝝ plen⁹ soluūt eis iura sua. ꝛ obediūt eis ꝛ reuerent eos ampli⁹. licet ip̄i clerici ꝫ nō credāt. Heb. Obedite p̄latis vestris. Altera q̄ bñficia eccl'iastica q̄ nos tenerem⁹ si essem⁹ cū eis in seculo veniētes ad religionē ip̄is relinq̄m⁹ obtinēda q̄ q̄z tū diligūt se bre. tm̄ deberēt diligere illos q̄ eis ea relinquūt nisi pot⁹ vellēt nos mori vt ea sic gaudenti⁹ possiderēt. Tertia q̄ sum⁹ testes coꝝ in doctrina fidei vt meli⁹ credaꝫ eis q̄ō docent obediēdū sibi esse tāq̄z xp̄i vicarijs. Sicut heretici q̄ dicūt q̄ clerici ꝑ suo q̄stu seducāt pl'm vt sibi obediāt. ꝛ dent ip̄is oblationes ꝛ decimas vt ide sustētenꝫ ꝛ ditēꝫ ꝛ delicienꝫ ꝛ sine labore abūdent. q̄ ꝫ aliūde tam cōmode non haberēt. ideo ꝓfinxerint festa ꝛ officia diuina. aiaꝝ remedia. pctōrū pnias. iudicioꝝ eccl'iasticoꝝ snias. sacr̄oꝝ ammīistratōes ꝛ alias solēnitates. ꝛ institutōes sācte eccl'ie p̄lationū dignitates. vt hoꝝ oīm occasiōe exhauriāt marsupia laycoꝝ. Sz fideles cū vidēt religiosos relinq̄re mūdū. et diuitias mūdi ꝛ ecclesiastica beneficia resignare. ꝛ pauptatē volūtariā ꝓfiteri ꝛ tm̄ ꝫ eadem docere ꝛ credere que docēt clerici. auferetur eis illa hereticoꝝ suspitio q̄ ꝑ sola auaricia possent opinari p̄dicta oīa a clericis ad inuenta cū vident illos esse testes eorum doctrine q̄ hec tpalia ꝑ doctrina fidei religr̄ūt Quarta q̄ habeāt in nobis aliquē stimulū correctiōis vt min⁹ audeāt peccare ꝛ studiosius officiū sibi cōmissum exerceāt ꝛ instruātur in aliquibꝫ q̄ ignorāt ꝛ ad pniam ꝓuocētur ꝛ in bono amplius roborenꝫ. Quis ali⁹ argueret eoꝝ vicia cū in simili morbo laborans aliū non p̄sumat curare. iuxta illud Medice cura teip̄m. Itē si cecus ceco ducatum p̄stet ꝛc. Quinto q̄ sumus coꝝ coadiutores in subleuādo onere sibi imposito. vt sit eis ꫝ portabil⁹. ꝛ iudiciū durissimum q̄ō fiet in bis q̄ ꝑsunt aliquo mō tolerabili⁹ sentiāt in futuro supplēdo coꝝ vices. p̄dicādo. ꝓsulendo ꝓfessiones audiēdo. vbi aliqui coꝝ minus sufficiūt ꝑ multitudine populi. vel ꝑ pplexitate casuū minus ab aliquo ip̄e rito instrui p̄ñt. vel parrochiani min⁹ faciūt q̄z deberēt vt q̄n coꝝ subditi timēt eis ꝓfiteri ex cā aliqua spēali Sexta si q̄s inꝫ eos timore piculi in q̄ sunt q̄rit ꝓfugere ad statū turiorem salutis. vel desiderio vite meliorꝫ vult ea que i mūdo sunt relinquere. ꝛ statū pfectōnis euāgelice apr̄ehēdere apō viros religiosos pōt q̄ō desiderat inuenire q̄ sint ordinis sui fideles obſuatores. Sic Loth fugiēs ab excidio sodomoꝝ ꝓfugit ad puulam segor. i. humilē religionem saluandus.

Septima q̄ si imminerꝫ aliquādo eccie necessitas vel pugna ꝓtra hereticos vel alios oppressores fideliū. viri religiosi deberēt se ꝑmpti⁹ exponere ꝛ quasi ꝑmi in acie se opponere inimicis. sicut filij ruben ꝛ gad ꝛ manasse fuerūt fratrū suoꝝ ꝑpugnatores ad obtinendam terrā cū pace. Octaua q̄ sunt apud deū intercessores p oꝛōnis studium. ꝛ vite meritū. ꝛ dñm sibi ꝛ alijs placabilē facientes ꝑ venia peccatoꝝ. ꝑ gratia meritoruꝫ ꝑ amotione q̄rūcūq̄z maloꝝ. ꝑ gloria celestium p̄mioꝝ facilius obtinenda. Que nobis p̄stare dignet Jesus xp̄us Amen. Et hec ad p̄sens sufficiāt ꝑ excusatione nostra contra calumnias exprobrantiū vel questiōes ignorantiū. qua forma vel intentōne aliqua que videnꝫ aliquādo minus intelligentibꝫ quoquo modo reprehensibilia faciamus. Qui autē voluerint possunt plura superadere. et ista que hic posita sunt melius explanare. que sicut imp̄meditate ita ꝛ inordinate conscripsi. sicut tunc mee memorie occurrerunt. modo hoc modo illud sicut aduertere potest legens.

¶ Explicit libellus Apologeticus. id est. excusatorius.



·I·N·R·I·
Glorificatio
Passio
Origo
Judex iratus ·2·
Victor magnificus ·3·
Sponsus ornatus ·4·
Testis veredicus ·1·
Surgens beatus ·2·
Orbi prelatus ·4·
Decor principus ·3·
Junctus latronibus ·3·
Triumphans motuus ·1·
Sprecus ab omnibus ·1·
Cruci clavatus ·2·
Felle et aceto potatus ·4·
Vincul ligatus ·4·
Turba circumdatus ·3·
Dolo venundatus ·1·
Orans prostratus ·2·
Hoste temptatus ·2·
Baptista celitus ·1·
Signis mirificus ·3·
Emissus celitus ·3·
Maria natus ·4·
Transfiguratus ·4·
Prefiguratus ·2·
Ex deo genitus ·1·
Cuius flos aromaticus fructus desideratus
O crux frutex saluificus viuo fonte rigatus
Cosonis patribus ·1·
Magis monstratus ·2·
Regno fugatus ·4·
Pastor sollicitus ·1·
Panis saciatus ·4·
Rex orbis agnitus ·3·
Submissus legibus ·3·
Notis incognitus ·1·
Morte dampnatus ·4·
Fletu rigatus ·2·
Vultu velatus ·2·
Incumulatus ·4·
Sol morte palidus ·1·
Pilato traditus ·3·
Cruore madidus ·3·
Transfiguratus ·4·
Ductor exercitus ·1·
Celo leuatus ·2·
Largitor spiritus ·3·
Laxas reatus ·4·
Rex regis filius ·1·
Liber signatus ·2·
Fontal radius ·3·
Finis optatus ·4·
Ihs. m. Rex eternus. q.
Ihs. k. Celos reserans. q.
Ihs. h. Victor in conflictibus. q.
Ihs. f. Paciens in iniuriis. q.
Ihs. d. Pietate plenus. q.
Ihs. b. Humiliter conuersatus. q.
Ihs. c. Virtute precelsus. q.
Ihs. a. Origine preclarus. q.
Ihs. g. Costans in cruciatibus. q.
Ihs. e. Securus in periculis. q.
Ihs. i. Judex equissimus. q.
Ihs. l. Resurrectionis iniciatus. q.
Ihs.

Incipit tractatus

sancti Bonauenture qui vocatur Lignum vite.

Christo confix⁹ sum cruci. Verus dei cultor. christiq; discipulus qui salua tori omniū .p se crucifixo per fecte cōfigurari desiderat. ad hoc potissimuz attēto mētis conatu debet i tēdere vt christi iesu crucē circumferat iugi/ ter tam mēte q̄ carne. quatenꝰ prefatū apo/ stoli verbū veraciter valeat in semetipso sen tire. Porro huiusmodi affectuz z sensum is dumtaxat apud se viuaciter experiri merek. qui dominice passiōis nō immemor nec in/ gratus laborē z dolorē amorēq; crucifixi ie su. tanta memorie viuacitate. tāto intellectꝰ acumine. tanta volūtatis charitate conside/ rat. q̄ veraciter illud spōse .pferre potest elo quium. Fasciculꝰ mirrhe dilectus meꝰ mihi inter vbera mea cōmorabit. Ut igitur p̄/ fatus in nobis attendak affectus. formetur cogitatus. imprimak memoria. ex sacri euan gelij silua. in qua de vita passione z glorifica tiōe Jhu christi diffuse tractak. colligere stu dui hunc mirrhe fasciculū. quē z pauc̄ z ordi/ natis z correspondentibꝰ sibi verbis com pegi. .pter facilitatē memorie. necnō simpli/ cibꝰ cōsuetis z rudibꝰ propter declinanduz curiositatis viciū. fouendā quoq; deuotio/ nem. z edificandā fidei pietatē. Et quoniaz imaginatio iuuat intelligentiā. ideo ex mul/ tis pauca collegi z imaginaria quadā arbo/ re sic ordinaui atq; disposui vt in prima z in fima ramorū ipsi⁹ expansione salu atoz̄ ori/ go describak z vita. in media passio. z glorifi/ catio in suprema. Et in prima quidē ramo/ rum serie quattuor altrinsecus ꝑm alphabe ti ordinem ponenk versiculi. similiter ī secū/ da z tertia. ex quoz̄ quolibet instar fructus vnica pullulatio pendet. vt sic sint quasi xij. rami afferētes duodecim fructus iuxta my steriū ligni vite. Describe igik in spiritu men tis tue arborē quandā. cuiꝰ radix irrigetur fonte scaturitiōis ꝑpetue. qui etiā excrescat in fluuiū viuū z magnuz. quattuor videlicet capitū ad irrigandū totiꝰ ecclesie paradisū. Porro ex huiꝰ arboris stipite duodecim ra mi frondibꝰ floribꝰ fructibusq; adornati cō surgant. Sitq; foliū eius cōtra omne genꝰ morbi medicamentū efficacissimū. tam pre seruans q̄ reparās. p eo q̄ verbū crucis. vir/ tus dei est in salutē omni credēti. Flos aūt eius sit oīmis coloris formositate decorus. omnisq; odoris suauitate respersus. qui de siderantiū anxia corda refocilleꝫ z attrahat. Fructꝰ tandē sit duodenꝰ. habēs in se om/ ne delectamentū z omnē saporis suauitatez qui sic domesticis dei ad degustandū .ponī tur vt semp eo satienk edentes. z tamē nūq; fastidiant. Et hic quidē fructus est qui de ꝺ ginali vtero traxit originē. z in ligno crucis ad maturitatē saporosam. p eterni solis ca/ lorem meridianū. christi videlicet charitatē peruenit. z in orto paradisi celestis in eccl'ia videlicet dei desiderantibꝰ ipm .ponitur de gustādus. Et hoc insinuat primus versicu/ lus quo dicit. O crux fruteꝫ saluificus. viuo fonte rigatus. Cuiꝰ flos aromatic⁹. fructus desideratus. Verū licet hic fructus vnꝰ sit z indiuisus. quia tamē ꝑm eius multipli/ ces stat⁹. dignitates. virtutes z opa. multifor mibꝰ cōsolationibꝰ deuotas animas cibat. que quidē ad duodenariū numerū reducū tur. ideo fructꝰ hic ligni vite quasi sub duo/ decim saporibꝰ in duodecim ramis gustan/ dus .ponitur atq; describit Ut in primo ra musculo mens christo deuota saporē suaui tatis ꝓcipiat. preclarā saluatoris sui recogi/ tando originēz dulcē natiuitatē. In secūdo ramusculo dignatiue cōdescensionis cōuer/ sationē perhumilē. In tertio celsitudinez p/ fecte virtutis In quarto plenitudinē abun dantissime z pfectissime pietatis. In quīto confidentiā quā habuit in periculo passio/ nis. In sexto patientiā quā exhibuit in ilia/ tis iniurijs z cōtumelijs magnis. In septi/ mo cōstantiā quam seruauit in ipo cruciatu z dolore asperrime crucis. In octauo victo riam quā assecutꝰ est in conflictu z transitu mortis. In nono resurrectionis nouitatez miris dotibꝰ adornatā. In decimo ascensio nis sublimitatē spiritualiū charismatū dif/ fusiuā In vndecimo equitatē futuri iudicij In duodecimo eternitatem diuini regni.

Hos aūt ideo voco fructus q̄ sua maxi ma suauitate delectāt z virtuositate ꝓfortāt animā meditantē in his z diligētius singu/ la ꝓtractantē. si tamen abhorreat exempluz ꝑuaricātis ade qui lignū scientie boni z ma li ꝓtulit ligno vite. Quod quidē vitare nō

potest nisi rōni fidē. inuestigatōi deuotōem. curiositati simplicitatē. tandēq; carnali sensui om̄i seu prudētie carnis sacrā p̄ferat xp̄i crucē. ꝑ quā sanctispūs charitas in cordib; deuotis nutrit̄ ⁊ septiformis gr̄a diffundit̄. sicut in duob; supremis ⁊ postremis versiculis postulatur.

Jesus ex deo genitus.

Expergiscere ꝓinde aīa xp̄o deuota. ⁊ singula q̄ de Jh̄u dicunt̄ diligentius discute. Attēte ꝯsidera ⁊ morose pertracta cū Jesum audis ex deo genitū. Caue ne mētis tue oculis infirmū aliq̄d carnalis cogitatiōis occurrat q̄n poti⁹ colūbino ⁊ aquilino intuitu simpliciter crede ac ꝑspicaciter ꝯtemplare ꝙ ab illa eterna luce sil' immensa ⁊ simplicissima fulgentissima ⁊ sūme arcana coetern⁹ coequalis ⁊ ꝯsubstantialis splēdor orit̄. q̄ est ꝟtus ⁊ sapīa patris generātis. in q̄ pater oīa disposuit ab eterno. ꝑ quē fecit ⁊ secula. factaq; gubernat ⁊ ordinat ad gl'iam suā. partim ꝑ naturā. ꝑtim ꝑ gr̄am. ꝑtim ꝑ iusticiā. ꝑtim ꝑ misericordiā. vt nihil i h̄ mūdo inordinatū relinquat.

Jesus prefiguratus.

A principio quidē ꝯditionis nature. collatis in ꝑadiso parentib; primis. dehinc ꝓpter esum ligni veciti ꝑ diuini decreti seueritatē expulsis. supna misericordia nō distulit hoīez errabundū reuocare ad pn̄ie viam. spem venie dādo ꝑ reꝓmissum saluatoris aduentū. Et ne forte ꝑ ignorantiā ⁊ ingratitudinē tāta dei dignatō nr̄e saluti foret inefficax. in q̄nq; seculi h⁹ etatib; ꝑ patriarchas. iudices. sacerdotes. reges. et ꝓphetas ab abel iusto vsq; ad ioh̄em baptistam filij sui aduentū p̄nūciare ꝓmittere ac p̄figurare nō destitit. vt ꝑ multa milia tꝑum ⁊ annoꝝ magnis miris ⁊ multiplicat̄ oraculis intelligētias nr̄as ad fidē erigeret. ⁊ affectus ꝑ viua desideria inflāmaret.

Jesus emissus celitus.

Deniq; postq̄ venit plenitudo tꝑis. sicut hō sexta die ꝯdit⁹ est de terra ꝑ diuine manus ꝟtutē ⁊ sapīam. sic in p̄ncipio sexte etatis misso archangelo gabriele ad virginē. ⁊ ꝟgine p̄bente illi assensum. supuenit in eā spūssanctus. sicut ignis diuinus mentē ei⁹ inflāmans. carnēq; ip̄ius ꝑfectissima puritate sanctificās. Sz ⁊ ꝟtus eā obumbrauit altissimi. vt tantuz ferre posset ardorē. qua oꝑante in instanti corp⁹ fuit formatū. aīa creata. ⁊ simul vtrūq; diuinitati in ꝑsona filij conuitū. vt idē esset de⁹ ⁊ hō. salua vtriusq; ꝓprietate nature. O si valeres vtcūq; sentire q̄le q̄ntumq; fuerit illud e celo immissum incēdiū. collatū refrigeriū. infusum solatiū. q̄nta sublimatio ꝟginis mr̄is. q̄nta nobilitatio humani generis. q̄ntaq; condescensio maiestatis. si virginē canentē cum iubilo posses audire. si cū dn̄a tua in mōtana conscēdere. si sterilis ⁊ ꝟginis suauē ꝯtueri cōplexū ⁊ salutatōis officiū. in q̄ seruul⁹ dominū. p̄co iudicē. vox ꝟbū cognouit. puto ꝙ canticū illud sacrū Magnificat aīa mea dominū ⁊c. cū beatissima ꝟgine suam tunc modulatiōe ꝯcineres. mirūq; ꝯceptū ꝟgineum vna cū ꝓph̄a ꝑuulo exultās ⁊ iubilās adorares.

Jesus maria natus

Sane cū quietū silentiū vniuersal' pacis sub cesaris augusti impio. ꝑturbata p̄us secula serenasset intm̄ vt ꝑ ip̄i⁹ edictū describeretur vniuersus orbis. diuine factū est ꝓuidētie cura vt ioseph ꝟginis spōsus p̄gnantē puellā de regali ortā prosapia ad bethleemiticā duceret vrbē. Et iaz a ꝯceptu excursis mensib; nouē rex ille pacificus tāq; spōsus de thalamo ꝓcessit d̄ vtero virginali. sic absq; om̄i corruptiōe in lucem edit⁹ sicut fuerat absq; oīs libidinis ꝯtagione ꝯcept⁹. Qui cū magn⁹ esset ⁊ diues ꝑ nob effect⁹ paru⁹ ⁊ pauꝑ extra domū in diuersorio nasci elegit. pāniculis inuolui. lacte ꝟgineo pasci. ⁊ inter bouē ⁊ asinū in p̄sepio reclinari. Tūc illuxit nob dies redēptiōis noue. reꝑatiōis antique. felicitat̄ eterne. Tūc ꝑ totum mundū melliflui facti sunt celi. Cōplectere itaq; nūc aīa mea diuinū illud presepe vt pueri pedib; labia tua figas. ⁊ oscula gemines. Deinde pastoꝝ excubias mēte ꝑtracta. angeloꝝ mirare ꝯcurrentē exercitū. celesti melodie tuas interpone ꝑtes. cord̄ ⁊ ore decantās. gl'ia ī altissimis deo. ⁊ in terra pax hominib; bone volūtatis.

Jesus ꝯformis patrib;

Octauo nāq; die circūcidit̄ puer ⁊ vocat̄ Jh̄s. vt sanguīs sui p̄ciū ꝓ te nō tardās effundere. tuū se verissimum saluatorē oñderet p̄rib; repromissum tā ꝟbo q̄ signo. eisq; assimilatū ꝑ oīa. p̄ter ignorantiā ⁊ pctm̄. Propt̄ qd̄ ⁊ circūcisionis accepit signaculū. sic̄ ⁊ veniēs apparuit in similitudinē carnis pctī vt de pctō dānaret peccatū nobisq; fieret sal⁹ ⁊ sempiterna iusticia

ab humilitate sumes initiū. q̄ oīm est radix custosq̄ virtutū. Quid igit superbis terra z cinis. agn⁹ innocēs q̄ tollit pcta mūdi non abhorret circūcisiōis cauteriū. Et tu pctōr cuz sis dū ptendis te iustū. remediū refugis salutz eterne. Ad quā nullaten⁹ puenire potes nisi velis subseqū humilē saluatorē.

Jesus tribus magis monstratus

Nato dño in bethleē iude. stella tribus magis i oriēte apparuit z vsq̄ ad domum illi⁹ humilis regis ꝓuia claritate pduxit. Moli iā z tu ab illi⁹ oriētis z peruntis stelle declinare fulgore q̄n poti⁹ sacrorum regū comes effect⁹. iudeoz scripturam de xp̄o testimoniū ꝓhibentē accepta. z fraudulēti regis herodis declina malicia. cū auro z thure ac mirrha xp̄m regē z vez deum z hoiem venerare. z cū ꝓmittūs gentiū vocandaz ad fidē. humilez deū in cunis iacentem adora z ꝓfitere z lauda. vt sic i somnis ꝓmoni⁹ ne herodianā seq̄ris superbiā. p⁹ vestigia humilis xp̄i reuertarz in regionē tuā.

Jesus summissus legibus

